
DE PROSERPINAE RAPTU ET REDITU FABULAS VARIAS INTER SE COMPARAVIT...

Albert Zimmermann




600039062Q





DE
PROSERPINAE RAPTU
ET REDITU
FABULAS VARIAS

INTER SE COMPARAVIT

PROGRAMMATI GYMNASII GEORGIANI LINGENSIS

ADIUNXIT

ALB. ZIMMERMANN.



LINGAE.
R. VAN ACKEN.
1882.



DE PROSERPINAE RAPTU
ET REDITU


FABULAS VARIAS

INTER SE COMPARAVIT

PROGRAMMATI GYMNASII GEORGIANI LINGENSIS

ADIUNXIT

ALB. ZIMMERMANN.



LINGAE.

TYPIS DESCRIPSIT R. VAN ACKEN.

1882.

1882. Progr. Nr 278.

Inter omnes, quas antiquitas procreavit, fabulas paucae tam saepe a scriptoribus commemoratae, paucae tam saepe imaginibus illustratae occurrunt, quam ea quae narratur de Proserpinae raptu et reditu. quorum testimoniorum magnam partem ii viri doctissimi, qui in enarrandis illorum scriptorum operibus operam locarunt[1], pro re nata diligenter in medium protulerunt. deinde ii, qui de mythologia tractanda optime sunt meriti, ad hanc quoque fabulam animos attenderunt, ita tamen ut principibus solis varietatibus electis atque expositis id potissimum agerent, ut rationem symbolicam fabulae explicarent. inter hos igitur ne Prellerus[2] quidem, cum alia consilia sequeretur, pleno testimoniorum numero usus est. quem numerum ut expleret, primus Foersterus[3] operae non pepercit, qui, cum sibi proposuisset, ut ipsius verbis utar, *dies Gewimmel von Sagen, welches sich im 'fabelseligen Hellas' um den Mythus gebildet hat, zu ordnen, den Knäuel von Vorstellungen, der sich im Lauf der Jahrhunderte um ihn geschlungen hat, zu entwirren, mit andern Worten, die Geschichte dieses Mythus in religiöser, litterarischer und künstlerischer Hinsicht,* tam eximie expedivit atque absolvit quaestionem, ut hoc solum dubitemus, utrum sagacitatis viri doctissimi magis an industriae et diligentiae adhibitae imbuamur admiratione. instituta videlicet operis ratione ille facere non potuit quin fabulam, vetustissima eius specie exposita, ut tempore procedente a diversis scriptoribus est narrata, totam identidem repeteret, quo factum est, ut singulae varietates haud raro aut parum emineant aut per totum librum sint dispersae. reliquum est igitur ut hae varietates vel minutissimae, quarum partem Foersterus neglexit, collectae et ita uti rerum ordo postulat dispositae inter se conferantur. qua in re efficienda verba scriptorum et graecorum et romanorum, quantum pro brevitate fieri potest, servanda videntur, quo maiorem rebus attribuant auctoritatem. quod si cui forte legenti hoc modo opus quasi musivum potius quam Musis gratum prodisse interdum videbitur, consideret rogo eo consilio hoc opusculum

---

[1]) Imprimis ad Homericum, quem dicunt, hymnum in Cererem, ad Eur. Hel. 1301 sq. Callim. hymn. in Cer. 1—22. Apollod. bibl. I, 5. Diod. Sic. bibl. V, 1—5. Hygin. fab. 146. 147. Ov. Fast. IV, 419 sq. Met. V, 341 sq. Claudian. de raptu Pros. I—III (IV). [2]) *Demeter und Persephone. Hamburg. 1837.* [3]) *Der Raub und die Rückkehr der Persephone. Stuttgart 1874.*

esse conscriptum, ut et iis qui in illustrandis illorum scriptorum operibus et qui in fontibus eorum anquirendis ad hanc fabulam essent accessuri, apparatus in promptu esset quam uberrimus
5 simul et quam habilissimus.

Priusquam hanc fabulam ipsam pertractemus, pauca de Cereris progenie et de Cereris Proserpinae Plutonis condicione ab Euhemeristis, quos vocant, inventa praemittenda videntur.

Cum praeter Proserpinam complures Cereris filii filiaeque
10 a scriptoribus commemorentur[1] — Plutus ex patre Jasione sive Jasio[2], Philomelus eius frater[3], Eubulus sive Eubuleus ex Dysaule[4], Eubulus ex Carmanore[5], Carneus[6], Jacchus sive Dionysus[7], Diana[8], Hecate[9], *Καλλιγένεια*[10] (de Hera et de Arione v. *Additam.* 1, de Amphitheo v. *Additam.* 2) — aliis locis unica
15 Cereris filia vocatur Proserpina[11]. quam Orphici, qui dicuntur, poetae sordido indulgentes ingenio narraverunt, antequam a Plutone raperetur, a Jove ipso patre incestatam filium Zagreum (sive Dionysum, Jacchum, Eubuleum, Sabazium, Liberum) enixam esse[12].

20 Euhemeristae, qui quantum in quaque fabula inesset veri investigare omniaque ad res humanas referre solebant, ubi de noto illo Thesei Pirithoique rapiendae Proserpinae conatu agunt,

---

[1]) Complures tangit Methapus ap. Paus. IV, 1, (5) 8 verbis *πρωτογόνου Κούρας*. [2]) Schol. ad Od. ε, 125. Eustath. ad h. l. p. 1528. Hes. Theog. 969. Schol. ad Theocr. III, 50. Diod. V, 49. 77. Cornut. 28. Hermipp. et Petellid. ap. Hyg. P. A. II, 4. Eudoc. s. v. *Δημήτηρ* p. 112. s. v. *Ἰασίων* p. 233. 234. Leont. ap. Bocat. de gen. VIII, 4 p. 202. 203 (ubi per errorem filius Pluto nominatur). cf. Preller, Dem. p. 285 n. 7. Pauly, Encycl. IV, 26. [3]) Petellid. l. l. [4]) Orph. hymn. XLI (40), 6 sq. Foerster p. 287. cf. *Additam.* 3. [5]) Diod. V, 76 coll. Paus. II, 30, 3. [6]) Schol. ad Theocr. V, 83. [7]) Orph. h. XLII (41), 6. fr. 16, 2 Herm. ex Clem. Al. Protr. II p. 18 Potter (= Euseb. Pr. ev. II, 3, 34). Arnob. adv. gent. V, 26. cf. Foerster p. 282 sq. Lucr. IV, 1160. Schol. ad Aristoph. Ran. 324. ad Aristid. *ὑπὲρ τῶν τεττ.* 213, 18 (III p. 648 Ddf). Diod. III, 62. 64. cf. *Additam.* 4. [8]) Aesch. fil. Euph. ap. Paus. VIII, 37, (3) 6. [9]) Orph. fr. ap. Schol. ad Apollon. Rh. III, 467. Schol. ad Theocr. II, 12. cf. Lobeck, Agl. p. 548 sq. et *Additam.* 5. [10]) Phot. Lex. s. v. cf. Hesych. s. v. [11]) Cornut. 28. Nonn. VI, 31. 58. Claud. I, 122 sq. Firm. Mat. de err. 7, 1. Eudoc. s. v. *Δημήτηρ* p. 110. Procl. in Tim. II, 139. [12]) Callim. fr. 105 (Bergk, Anthol. = fr. 171 Sch.) Cic. de nat. deor. III, 23, 58. Hyg. f. 167. Diod. III, 64. IV, 4. Orph. h. XXIX (28), 8. XXX (29), 6 H. Nonn. V, 566 sq. VI, 163 sq. Procl. in Plat. Alc. (Creuzer, Init. phil. I p. 55) et in Cratyl. 170 p. 100 B. Euseb. Pr. ev. II, 2, 6. Nonn. ad. Greg. inv. II, 29 p. 170 (Westermann, *Μυθογράφοι* p. 368). Athenag. 16, 5 p. 121 Lind. Schol. ad Pind. Isthm. VI, 3. ad Eur. Or. 964. ad Aristoph. Ran. 324. Hesych. Phot. Suid. Etym. M. s. v. *Ζαγρεύς*. Eudoc. s. v. *Διόνυσος* p. 124. Tzetz. ad Lycophr. 355. cf. Ov. Met. VI, 114. Philostrat. Ep. XXX p. 328 W. Clem. Pr. II p. 14 Potter (= Euseb. Pr. ev. II, 3, 19 sq.) Tatian. adv. Gr. 8. 10. Theodoret. III p. 53 Sylb. Firm. Mat. 12, 4. Arnob. V, 21. Epiphan. in Philol. XVI p. 355. Procl. Theol. Plat. VI, 11 p. 371. in Tim. V, 307 D. Lobeck, Agl. p. 547 sq.

mira quadam mutatione Plutonem (sive Ἀϊδωνεύς sive Ἅιδης vocatur), regem Molossorum, non coniugem sed patrem Proserpinae constituunt[1], cuius uxori nomen Δημήτηρ[2] sive Περσεφόνη[3] sive Μελινδία[4] datur. ad filiae nomen explicandum quidam addunt Molossorum morem fuisse omnes formosas mulieres Κόρας[5] nominare. quae fabula ut cum nostra conveniat, narrant Pirithoum et Proserpinam, cum iam in eo esset ut virgo abduceretur, Tricerbero regis cane dilaceratos simul vita decessisse. quare Plutonem, hoc enim nomine Pirithoum ob divitias significari, cum rapta Proserpina dici ad inferos descendisse[6]. Item in nostra quoque fabula tractanda Euhemeristae Proserpinam fingunt virginem fuisse mortalem[7], vel mulieris cuiusdam Cereris[8] vel Sicani regis uxorisque Cereris[9] filiam, et raptorem filiae vel regem Molossorum[10] nomine Aïdoneum[11] (Plutonem, Orcum[12]), vel divitem quendam rusticum praeposteri amoris incendiis coctum[13] fuisse tradunt. quod si Marafiotus[14] de Procli epitome de oraculis approbare studet Proserpinam Hermippi regis Hipponii et Calais uxoris filiam a Plutone Siculo pirata cum plurimis mulieribus raptam esse, Foersterus haec Procli verba ab Italo illo ficta esse comprobavit. quod autem hic falso testimonio nobis vult persuadere, Hipponenses, ut matris dolor quiesceret, tamquam in deae sortem mutatae filiae templum erexisse, hoc eodem spectat quo Firmici Materni[15] similis narratio: uterque enim hac explanatione veram fabulae pervulgatae originem invenisse sibi videtur. Sed haec hactenus, nunc ad fabulam ipsam aggrediamur.

Hymni Homerici auctor, cum exordium ducat ab anthologia[16], in medias res auditorem rapit, aliis autem quibusdam poetis principia fabulae multo longius repetenda sunt visa.

---

[1]) Plut. Thes. 31. Tzetz. Chil. II, 748 sq. IV, 910. Palaeph. ap. Joann. Ant. Chron. III p. 62 Ddf. (fr. 13, 3 Müller, fr. hist. IV p. 547). Cedren. I p. 143 Bkk. Suid. s. v. Κόρη. [2]) Tzetz. Ch. II, 748 sq. et ap. Natal. Com. III, 16 p. 252. [3]) Plut. l. l. [4]) Cedren. l. l. [5]) Suid. l. l. Tzetz. ad Lyc. 851 et Chil. II, 748 sq. (ubi invita Minerva Natal. l. l. vertit *Proserpinas*. [6]) Cedren. l. l. de hac re lucem praebet Joanni Ant. et Suidae ll. ll. [7]) Euseb. Chron. p. 36 Sch. (Philoch. fr. 46 Müller, fr. hist. I, 391. 392. [8]) Serv. ad Georg. I, 38 (not 38 Lion). Firm. 7,1. [9]) Eus. et Theod. ap. Boc. VIII, 4 p. 203. 6 p. 206. X, 62 p. 265. XI, 6 p. 273. [10]) Serv. ad Georg. I, 38 (n. 38 L.) [11]) Euseb. Chron. l. l. Bocat. VIII, 4 p. 203 coll. 6 p. 206. [12]) Theodont. ap. Boc. ll. ll. Philoch. ap. Boc. XI, 6, ubi nomen *Cudonius, Agesilaus* variatur nempe ex Ἀϊδωνεύς et Ἅιδης corruptum. [13]) Firmic. 7, 1. [14]) Girol. Marafioti da Polistena, Cron. ed ant. di Calab. Pad. MDCI. fol. 132 cf. Foerster p. 272. [15]) de err. 7, 4: *Hennenses ut possent maternis luctibus ex aliqua parte invenire solatium, inferorum regem virginem rapuisse finxerunt . . . templum sane et raptori et virgini faciunt et annua in templo vota decernunt.* Add. 7, 5: *Syracusani liberalitate mulieris provocati raptum virginis consecrant et mitigantes dolorem matris pompam miseri funeris excolunt honore templorum.* [16]) cf. infra p. 11, 1. sq.

itaque narrant multos deos[1] amore captos Proserpinam in matrimonium petisse. ac Claudianus[2] quidem ex eorum numero Martem et Phoebum producit, quorum alter ei Rhodopen, alter *Amyclas Et Delon Clariosque lares* donat, Nonnus[3] vero omnes affirmat caelicolas, haud minime Jovem ipsum amore virginis exarsisse et spretis suis uxoribus[4], ut illam sibi conciliarent, munera pretiosissima, Mercurium caduceum, Apollinem lyram, Martem arma, Vulcanum monile pulcherrimum ei largitos esse. secundum Firmicum Cereri hic tantus procorum numerus displicere non videtur, nam *mater sollicite de singulorum meritis iudicabat*, male autem cum Cereris gaudio et Claudianus[5] Martem et Apollinem et Nonnus[6] omnes deos, pessime Vulcanum rem facit gerentes, ita tamen ut matri metum afferant. itaque ad Astraeum se confert, qui studiis astronomicis intermissis benigne in domum eam introducit. ubi postquam consederunt, Ventis Astraei filiis nectar ministrantibus Ceres sollicitudine cruciata bibere primo recusat, Astraeus autem non hoc solum ei persuadet, sed etiam, ut eam exhilaret, epulas iubet apparari, quas Eurus et Notus et Boreas ministrant, Zephyrus musica, Hesperus coronis et face inflammata saltationibus ornant. tum demum Cereri fit potestas oraculi ab Astraeo petendi. qui astronomicis observationibus eventu exquisito cavendum quidem esse Cereri canit clandestinum filiae *νυμφίον ἁρπακτῆρα*, sed iam ante matrimonium initum eam improviso deprehensuram filiae *νόθον λαθραῖον ἀκοίτην Θηρομιγῆ δολόμητιν*. beatam simul eam praedicat, quae terrae fruges sit donatura. quo oraculo metu[7] pariter atque gaudio affecta Ceres domum revertitur. Claudianus[8] simpliciter pergit: *Aethera deseruit: furtim sua pignora terris Commendat fidis Siculasque relegat in oras*, pluribus verbis Nonnus[9] rem persequitur: curru serpentibus iuncto Ceres cum Proserpina nube circumfusa Cretam praetervecta per aera in Siciliam contendit et ad Pelorum promunturium descendit, unde ad Cyanen fontem[10] perveniunt.

---

[1]) homines suo more dicit Firm. 7, 1, inter quos Plutonem divitem rusticum. [2]) I, 133 sq. cf. III, 412. Foerster p. 42. [3]) V, 571 sq. VI, 1 sq. [4]) V, 574 sq. 619 sq. [5]) I, 137. cf. tamen III, 408: *sed vota mihi communia matrum Et thalami festaeque faces caeloque canendus Ante oculos Hymenaeus erat.* [6]) VI, 4 sq. Nonni est ea quae sequitur narratio. quam a fabula proposita prorsus esse alienam, uti censet Foersterus (p. 96 n. 3), ego concedere non possum. quamquam enim Nonnus ad insidias a Jove Proserpinae paratas rem deducit, Prellerus (Dem. p. 139) recte intellexit hic *νυμφίον ἁρπακτῆρα* (Plutonem) plane distingui ab illo, quem Nonnus vocat *νόθον λαθραῖον ἀκοίτην* (cf. infra p. 8, 9), quo accedit vaticinatio frugum futurarum. [7]) Claud. I, 138 Cererem *raptus* quidem *timentem* sed *caecam futuri* facit, quibus ex verbis Nonnus causam sumpsisse videtur vaticinationis insuper inveniendae. [8]) I, 139 sq. [9]) VI, 109 sq. [10]) cf. *Additam.* 6.

Hac occasione data pauca de Cereris curru liceat repetere[1], quippe cuius procedente opusculo nonnunquam mentio futura sit[2]. ac longe quidem saepissime hic currus duobus draconibus iunctus effingitur sive alatis sive non alatis[3], *volucri qui pervia nubila tractu Signant et placidis umectant frena venenis. Frontem crista tegit, pingunt maculosa virentes Terga notae, rutilum squamis intermicat aurum*[4]. ipsi quoque currui interdum alae tribuuntur serpentibus sive additis[5] sive mente supplendis[6]. in quibusdam imaginibus equi draconum partibus funguntur[7]. tali vehiculo proficiscentibus iter facile esse et per terram et per mare et per aera per se liquet[8]. quocunque autem currus

---

[1]) cf. Voss, Myth. Briefe 53 (II p. 143 sq.) [2]) cf. *Additam.* 7. [3]) Simpliciter *dracones:* Soph. Tript. fr. 536 (Nauck p. 209). Ov. Fast. IV, 497. Met. V, 642. 661 (cf. 511). VIII, 795. Orph. h. XXXIX (38), 14. Hyg. f. 147. P. A. II, 14. Florus (Verg. or. an poet.) p. 107, 25 Halm. Paus. VII, 18, (2) 3. Schol. Bern. ad Verg. Georg. I, 19. [Lact.] Narr. fab. V, 11. ad Stat. Theb. II, 382. Greg. Naz. V, 31 p. 704. XXXIX, 4 p. 337 Migne. Bocat. VIII, 4 p. 202. apud Eur. Hel. 1310 θῆρες aut dracones aut leones esse possunt (cf. Foerster p. 52 n. 2). in mysteriis Eleusiniis *Ceres serpente circumdata Liberam vestigat,* ut ait Minuc. Fel. 22, 2. *Dracones alati:* Apollod. I, 5, 2. Cornut 28. Amm. Marc. XXII, 2, 3. Claud. I, 12. III, 139. Schol. ad Aristid. Pan. 105, 12 (III p. 54 Ddf). Nonn. ad Greg. inv. 1, 67 (II. p. 1020 Migne = Westerm. Μυθ. 31 p. 367). Suid. s. v. Ῥαριάς. Eudoc. s. v. γεωργία p. 97. s. v. Δημήτηρ p. 109. 110. 111. s. v. Τριπτόλεμος p. 397. Tzetz. ad Hes. Opp. 32. Natal. Com. V, 14 p. 516. In sarcophagis et in nummis dracones ad currum Cereris errantis iuncti paucis exceptis ficti sunt alati: cf. Foerster p. 257 c. not. §. 31 p. 122. §. 36, 8 p. 140. 9—10 p. 142. 11—12 p. 143. 13 p. 146. 15 p. 148. 16 p. 149. 17 p. 151. 18 p. 152. 26 p. 155. (cf. p. 158). §. 37, 28 p. 159. 29 p. 164. 30 p. 165. 32 p. 168. 33 p. 171. 35 p. 174. §. 40, 53 p. 202. 54 p. 205. 55 p. 206. 56 p. 208. 57 p. 210. cf. §. 41, 1 p. 212. 3 p. 215. 4 pag. 216. 5 pag. 218. §. 46 p. 250. 255 sq. §. 47, 1—3 p. 256. Alarum expertes sunt in uno sarcophago §. 36, 14 p. 147 (cf. p. 257 n. 1) et in nummis §. 46 p. 253 extr. sq. [4]) Claud. I, 181 sq. adde III, 52 *caerulei.* Nonn. XIII, 190 στικτὰ νῶτα. [5]) Ceres ipsa hoc curru vecta draconibus non alatis: Ov. F. IV, 561 sq. Triptolemus: Aristid. Eleus. p. 417 Ddf. Schol. ad Aristid. Pan. 105, 11 (III p. 53 Ddf). Nonn. ad Greg. XXXIX, 2 (II p. 1066 Migne). Eudoc. s. v. Περσεφόνη p. 337. in nummis: Foerster p. 250 n. 4. Voss, Myth. Br. 45 (II p. 73). Ceres et curru et draconibus alatis: Nonn. VI, 109 coll. 118 et 136. [6]) Prob. ad Verg. Georg. I, 19. Aristid. Pan. p. 167 Ddf. (cf. Voss l. l. p. 72). [7]) Duo equi: Foerster §. 38, 36 p. 178. 37 p. 179. 38 p. 182. 40 p. 185. 41 p. 187. p. 298. §. 39, 44 p. 191. 45 p. 194. 46 p. 196. 47 p. 197. 48 p. 199. (cf. §. 41, 2 p. 214). §. 46 p. 251. quattuor equi: §. 38, 39 p. 184. §. 46 p. 251. [8]) Cererem iter per aera fecisse aperte narrant Ov. F. IV, 562. 568. 569. 575 sq. M. V, 511. Claud. I, 185. Nonn. VI, 117. per maria: Ov. F. IV, 498. per terram: Claud. l. l. Gaea sub currum errantis subiecta non tam terram curru tactam quam universam pervestigatam significat (Foerster §. 36, 13 p. 146. 14 p. 147. §. 37, 28 p. 159. 32 p. 168. §. 38, 37 p. 179. 38 p. 182. 39 p. 184. 40 p. 185. 41 p. 188. p. 298. §. 39, 44 p. 192. 45 p. 194. 47 p. 197. 48 p. 199. 56 p. 209. cf. §. 41, 1 p. 212. 2 p. 214. 3 p. 215. 4 p. 216. 5 p. 218. p. 257. Triptolemum per aera vectum esse plane tradunt Ov. M. V, 644. 648. 660 (cf. VIII, 797. 814). Amm. Marc. XXII, 2, 3. Apollod. I, 5, 2. Himer.

fertur, fecunditatem affert, nam *surgentes condunt vestigia fruges*[1].

In cavam quandam rupem obscuram naturaque domui similem[2] aut in domum Cyclopum manibus ex aere et ferro 5 et electro exstructam[3] Ceres Proserpinam abdit et draconibus curru solutis custodiendam committit[4], currum ipsum Nympharum praesidio credit. quo facto apud Nonnum sola Calligenea nutrice apud filiam relicta Ceres pedibus per aera discedit, Juppiter autem serpentis forma indutus custodibus deceptis 10 Proserpinae pudorem expugnat[5]. itaque hic longius intervallum interiectum esse videtur, ex quo abdita est Proserpina usque ad id tempus, quo a Plutone rapitur. apud Claudianum vero Ceres, postquam filiam praeceptis obstrinxit, ne domo exiret[6], relicta Electra nutrice[7] cum Naïdibus Siculis plurimis[8] et cum 15 Sirenibus[9], curru in Phrygiam ad Cybelen contendit, quae libentissimo eam excipit animo[10]. brevi autem tempore interiecto absente matre filia rapitur. Ovidius[11] deam ab Arethusa invitatam afuisse dicit, ceteri scriptores, qui de absentia Cereris omnes consentiunt, locum quo abierit non indicant. teste Dio- 20 doro[12] Minerva et Diana, Porphyrio[13] Nymphae una cum Proserpina educantur. ad Orphicum carmen referendi videntur Curetes et Corybantes Proserpinae custodes[14], sive a Jovis sive ab ignoti raptoris insidiis dea defendenda iis tradita erat. alias Proserpinae familiares vide infra p. 10, 19 sq.

25 Horas tarde labentes virgo conterit in texendo. erat enim in antro *λάϊνος ἱστός*[15], et omnia quae ad lanificium opus erant mater reliquerat[16]. itaque Nonnus eam *φᾶρος* sive *πέπλον* texentem et in texendo Minervam invocantem facit. *πέπλον* apud Diodorum[17] quoque Proserpina texit una cum Minerva 30 et Diana, quo dono Jovem patrem delectent. apud Claudianum[18]

XV, 3. Claud. III, 53. Nonn. XIII, 191. Eudoc. s. v. *Δημήτηρ* p. 109. Tzetz. ad Hes. Opp. 32, per terram alius alio dilucidius omnes scriptores qui eius iter commemorant. (cf. infra.) [1]) Claud. I, 186 sq. apud Nonnum XIII, 190 Triptolemi *δράκοντες φερεστάχυες* propterea videntur vocari, quod iis vectus Triptolemus frumentum distribuit. [2]) Nonn. VI, 123. 130 sq. Porphyr. de antro 7: *ἄντρῳ τρέφει τὴν Κόρην*. [3]) Claud. I, 236. III, 117. Orph. Arg. 1194: *δώματα*. Procl. Theol. Plat. VI, 11 p. 371 Port: *οἶκοι ἐν ἀβάτοις ἐξῃρημένοι τοῦ παντός*. [4]) Nonn. VI, 136 sq. [5]) cf. supra p. 4, 17. [6]) Claud. II, 4. 265. III, 204. [7]) III, 171 sq. cf. *Additam.* 8. de Hecate nutrice cf. *Additam.* 5. [8]) II, 55 sq. III, 189. 230. [9]) III, 190. 205. 254. de Sirenibus cf. *Additam.* 10. [10]) I, 179. 200 sq. [11]) F. IV, 423. [12]) V, 3. [13]) de antr. 7. cf. Procl. in Crat. 53 p. 24: *πᾶς αὐτῆς (Κόρης) ὁ χορός*. [14]) Procl. Theol. Plat. V, 35 p. 322. VI, 13 p. 382. 383. in Crat. 105 p. 62 B. cf. Foerster p. 40 n. 2. 42 c. n. 4. 101. Paus. VIII, 37, (2) 3 sq. [15]) Nonn. VI, 133. [16]) ibid. v. 141 sq. [17]) V, 3. cf. Procl. in Crat. 53. Epiphan. adv. haer. III, 10 (II p. 1092 Pet.) [18]) I, 246 sq. III, 155. 204. Simile quoddam texturae argumentum hac data

Irrita texebat rediturae munera matri totam rerum universitatem pingens. nec deest omen venturae calamitatis: nam in pingendis rebus infernis virgini subito lacrimae prorumpunt[1]. sed illa intra parietes manens[2] maerorem solitudinis sermonibus fallit et ludis[3] et cantu non solum suo[4] sed etiam Sirenum[5]. domo igitur eam exeuntem Claudianus non facit nisi hora fatali, apud Diodorum[6] autem cum Minerva et Diana floribus legendis assuevisse videtur.

Neque vero sortem suam Proserpina effugere potest. namque *δαίμονος αἴσῃ*[7] aut Parcarum et Themidis voluntate[8] iam pridem illa Plutoni uxor destinata erat, et secundum eas Juppiter, qui voluntaria fertilitate terram privaverat, precibus Naturae motus[9] decreverat, ut longos post errores *natae laetata repertae Indicio* Ceres agriculturam homines doceret[10]. alii scriptores principium rapinae a Venere et a Cupidine ducunt[11]. Venus enim imperium suum in Tartarum quoque rata proferendum[12] simulque indignata, quod e superorum numero Minerva Diana Proserpina coniugia adhuc aspernentur[13], aut ipsa[14] aut per filium[15] Plutoni aliam ob causam[16] ad lucem emerso amorem Proserpinae inicit, vel sua sponte Cupido iam in Tartaro dominum inferorum adeo stimulat, ut facere non possit quin ad lucem adscendat[17]. uberius hanc quoque rem Claudianus[18] perscribit: Pluto ab Amore tandem flexus[19] ira superorum exardescit, quod solus caelebs vivat, et bellum facturus omnia Tartari monstra in arma concitat. sed Parcarum precibus mitior factus Mercurium, *qui fas per limen utrumque Solus habet geminoque facit commercia mundo*[20], ad Jovem mittit, cui minaci sermone denuntiet, ut uxorem sibi prospiciat. Juppiter postquam diligenter secum reputavit, *quae tale sequa-*

---

occasione in Orphico de raptu carmine descriptum fuisse et ex Claudiano et ex scriptis Platonicorum intellegi potest. Procl. in Crat. 53: Proserpina texit *τὸν διάκοσμον τῆς ζωῆς*. in Tim. V, 307 D: *τ. δ. τῶν οὐρανίων*. Porph. de antr. 14. Orph. ap. Tzetz. Exeg. Il. p. 26. cf. Foerster p. 42 c. n. 6. Lobeck, Agl. p. 550 sq. add: infra p. 10, 13. [1]) Claud. I, 266 sq. cf. p. 10, 17. 12, 6. [2]) III, 202 sq. [3]) III, 205 sq. [4]) I, 245. cf. *Ἐπιτάφ. Βίων.* (Mosch. III) 129. [5]) Claud. III, 205. Apollon. Rh. IV, 896 c. Schol. cf. *Additam.* 10. [6]) V, 3 (cf. supra p. 8, 19 et 29). cf. *Ἐπιτάφ. Βίων.* 128. [7]) Orph. Arg. 1200. cf. Foerster p. 35 c. n. 1. [8]) Claud. I, 216 sq. II, 6. [9]) cf. Arethusam deprecantem (*Additam.* 11.) [10]) Claud. III, 19 sq. praecipue 48 sq. cf. infra. [11]) cf. Foerster p. 85 c. n. 2. [12]) Ov. M. V, 371 sq. cf. infra p. 10, 9. [13]) ibid. 373 sq. Dianae et Proserpinae irata: [Lact.] Narr. fab. V, 6. Proserpinae soli: Myth. Vat. II, 93. Lact. ad Stat. Theb. V, 357. Bocat. VIII, 6 p. 204. XI, 6 p. 273 (ex Ovidio, sed priore loco addit Plutonem, ne caelebs viveret, uxorem sibi quaesivisse). [14]) [Lact.] Narr. fab., ad Stat., M. Vat. ll. ll. [15]) Ov. M. V, 363 sq. cf. X, 28. [16]) cf. infra p. 12, 7 sq. [17]) Sil. It. XIV, 242. cf. Sen. Herc. Oet. 562. [18]) I, 32 sq. cuius auctoritate utitur Natal. II, 9 p. 177. [19]) I, 26 sq. [20]) I, 89 sq.

tur Coniugium Stygiosque velit pro sole recessus[1], Proserpinam Plutoni decernit atque rationem rapiendi indicat[2]. hic igitur Pluto inter ipsum demum raptum amore virginis incenditur[3]. Hygino[4] autem teste ipsam Proserpinam a Jove petit et rapere iubetur. Hesiodus et hymni Homerici auctor Jovis consensum breviter perstringunt[5], alii scriptores Jovis auctoris mentionem omnino non faciunt[6].

Claudiano etiam longius duce nos uti necesse est: Juppiter Venerem spe Tartari quoque in suam dicionem redigendi[7] impellit, ut in Siciliam se conferat et Cereris filiam ad flores carpendos domo eliciat. Minerva et Diana fraudis ignarae[8] Venerem, ne suspecta sit, iussu patris comitantur[9]. quas ubi Proserpina videt, imperfectam telam deserit[10] gaudetque blandis verbis dearum matrem duram incusantium. epulis iocisque dies ducitur. postridie prima luce Venus dolosis verbis Proserpinae persuadet, ut secum campos petat floribus refertos[11]. itaque neglectis Electrae precibus[12] malisque ominibus[13] Proserpina cum familiaribus ad fatalem anthologiam proficiscitur.

In antiquissima fabula solae Oceanitides Proserpinae in floribus legendis comites adiunguntur[14], et posterioris quoque temporis nonnulli scriptores solas Nymphas illi aggregant[15]. alii vero Minervam et Dianam, alii Venerem insuper, alii Sirenes in fabulam inducunt[16].

---

[1]) I, 118 sq. cf. II, 218 sq. hinc Natalis Com. II, 9 p. 177: *nulla dea illum ob deformitatem regni maritum esse suum pati poterat.* [2]) Claud. I, 278. cf. infra p. 12, 14. [3]) II, 274. cf. I, 225 sq. Natal. l. l. [4]) f. 146. [5]) Hes. Th. 914. Hom. 3. 30. 77. 414. (cf. infra p. 11, 4.) similiter Apollod. I, 5, 1: *Διὸς συνεργοῦντος*. cf. infra p. 14, 13. [6]) Pluto *amore captus* eam rapit: Schol. ad Oppian. Hal. III, 486. ad Aristoph. Equ. 785. Firm. Mat. 7, 1. Nonn. ad Greg. Naz. XXXIX, 2 (II p. 1066 Migne). Zenob. I, 7. Eudoc. s. v. *Περσεφόνη* p. 336. cf. Carcin. ap. Diod. V, 5 (fr. 5 Nauck) et Theodont. ap. Bocat. VIII, 4 p. 203. [7]) I, 214 sq. cf. II, 13 sq. et supra p. 9, 16. [8]) II, 5. 10 sq. 154. 266. non poeta sed Electra (III, 198. 244) et Ceres (III, 279) has deas conscias facinoris vocant. cf. Foerster p. 280 sq. Orpheus conscias eas induxisse videtur: Arg. 1197 sq. [9]) I, 228 sq. III, 208 sq. [10]) I, 270. III, 155. Procl. ad Tim. V, 307 D. cf. Orph. ap. Tzetz. Exeg. Il. p. 26 et supra p. 8, 25 sq. [11]) III, 210 sq. [12]) III, 228 sq. cf. *Additam.* 8. [13]) II, 6 sq. cf. supra p. 9, 2. infra p. 12, 6. [14]) Hom. 5. 417. Paus. IV, 30, (3) 4. (Voss et Baumeist. ad Hom. 418 sq.) versus enim 424, quo Minerva et Diana Oceanitidibus adduntur, interpolatori tribuendus est, cf. Foerster p. 35 n. 3. Flander, de interpol. hymn. Cer. Parchim. 1879 p. 7. [15]) *Nymphae:* Col. X, 268 sq. *Puellae:* Ov. F. IV, 425 (*comites* 431. *chorus aequalis, ministrae* 451). Firm. Mat. 7, 2. *Virgines:* Athen. XII, 79 (p. 554 b). Auson. ep. ad Theon. IV, 50. Bocat. VIII, 6 p. 204. Natal. Com. II, 9 p. 177 (hic quamquam Claudiani auctoritate utitur). [16]) Minerva et Diana cum Naïdibus: Stat. Ach. II, 150 sq. cum *virginibus:* Eur. Hel. 1312 sq. Valer. Fl. V, 344 sq. solae: Diod. V, 3 (cf. supra p. 9, 7). [Lact.] Narr. fab. V, 6. Paus. VIII, 31, (1) 2. *συνόμαιμοι* in Orph. Arg. 1197 sq. tres illae deae esse videntur, cf. Foerster p. 280 sq. Venus et Min. et Dian. (fraudis mentione non facta, cf. Foerster p. 68): Hyg. f. 146, cum

Cum his igitur familiaribus Proserpina more virginum pulchrarum[1] studio florum carpendorum totam se dedit[2]. atque ut Attici narrare solebant, imprimis narcisso allicitur[3], quem iussu Jovis Gaea Plutoni gratificata procreaverat[4]. ii autem poetae, qui locum raptus in Sicilia ponunt, in narcissi locum 5 aut violam aut lilium substituunt[5] aut nullum florem praeter ceteros praedicant[6]. in his est Claudianus[7], sed tamen aliqua ex parte hymni Homerici auctorem imitatur: Henna enim parens, ubi deas et Nymphas videt appropinquantes, gaudio ho-

---

Sirenibus: f. 141. Claudianus tres illas deas (II, 10 sq. 76. 119. 205. III, 229. 274 sq.) cum Sirenibus (III, 254) et Naïdibus Siculis (II, 55 sq. *Nymphae:* II, 76. 204. III, 230) in medium profert, quarum *Cyane totum supereminet agmen* (II, 61, cf. Ov. M. V, 412 et *Additam.* 6), Electram quoque (*Oceani priscas inter notissima Nymphas* III, 172, cf. *Additam.* 8) adfuisse e narratione eius patet (III, 231 sq., impr. 241. 245). In Ovidi Met. (V, 554) Sirenes reperimus cum aliis comitibus (v. 394. 397), solas apud Apollon. Rh. IV, 896 et ap. Dosith. p. 72 Böcking. cf. Foerster. p. 66. 71 n. 1. *Additam.* 10. de comitibus v. praeterea p. 13, 24 sq.
[1]) Athen. XII, 79 p. 554 b. cf. Preller, Dem. p. 83. Baumeister ad h. in Cer. 6.
[2]) hortos floresque apud inferos quoque diligit, cf. *Additam.* 16. [3]) Pamph. ap. Paus. IX, 31, (6) 9. Hom. 8 sq. 428. cf. Foerster p. 31. idem breviter tangit Soph. Oed. Col. 681 (674 Reis.) sq. narcissum vocans *μεγάλαιν θεαῖν ἀρχαῖον στεφάνωμα*, ut exponit Scholiastes ad h. l. et ad 685 (678) addens inde ex eo tempore non solum ipsam Cererem et filiam florum corollas respuisse (cf. Claud. III, 439) et aut sertis spiceis aut myrtho et smilace capita cinxisse, sed etiam in Thesmophoriis mulieres floribus uti vetari (Natal. Com. V, 14 p. 517 hunc locum non recte interpretatur). contra Hermionenses Cererem cum pompa deducentes coronas e cosmosandalo (i. e. hyacintho) contextas capitibus ferebant, ut ait Paus. II, 35, (4) 5, quamquam hyacinthum inter alios flores lectos reperimus ap. Hom. 7. 426. Ov. F. IV, 439. Firm. 7, 2. Claud. II, 92. 131. nullius momenti narcissus est ap. Firm. 7, 2 et ap. Claud. II, 132. de narcisso inferis sacro cf. Cornut. 35. Plut. Quaest. conv. III, 1, 3, 4.
[4]) Hom. 8 sq. 428 (cf. supra p. 9, 11 et 29 sq. 14, 13). hic igitur Gaea Plutoni favet, in imaginibus autem (cf. *Additam.* 14) cum Cerere consentiens ficta esse videtur, cum aut ad Plutonem quasi obsecrans ut parcat raptae aut ad Cererem quasi misericordia mota dextram tollat. cf. Ov. M. V, 492: *Terra nihil meruit, patuitque invita rapinae.*
[5]) Hoc apparet ex Pampho ap. Paus. IX, 31, (6) 9 obloquente *οὐκ ἴοις ἀπατηθεῖσαν ἀλλὰ ναρκίσσοις* et ex locis infra (*Additam.* 12) allatis nec minime ex Nicand. Georg. II ap. Athen. XV, 31 p. 684 c (fr. 74, 60 Sch. p. 93), qui Proserpinam ait violas odisse. *aut violas aut lilia carpit* ap. Ov. M. V, 392, contra in Fast. IV, 437 sq., dum comites aliae alios flores, in quibus violas, plurimas autem rosas carpunt, *Ipsa crocos tenues liliaque alba legit,* apud Colum. X, 270 sola lilia. ceterum rosae croci violae lilia ap. Hom. quoque (6 sq. 426 sq.) commemorantur. [6]) Violas rosas lilia pariter atque alios flores afferunt Firm. 7, 2 et Claud. II, 92 sq. 128 sq. III, 223. 233. simpliciter *flores legentem* Proserpinam raptam esse narrant Hyg. f. 146. Orph. Arg. 1197. App. b. civ. IV, 105. Athen. XII, 79 p. 554 b. Clem. Al. Pr. II p. 14 P. (= Eus. Pr. ev. II, 3, 22). Arnob. V, 24. 35. 37. [Lact.] Narr. fab. V, 6. ad Stat. Theb. V, 357. Myth. Vat. II, 93. Bocat. VIII, 6 p. 204. Natal. Com. II, 9 p. 177. V, 14 p. 517. cf. Auson. ep. ad Theon. IV, 49. Solin. 5, 14. Valer. Fl. V, 344. Cic. in Verr. IV, 48, 107. Natal. II, 2. p. 126. [7]) II, 71 sq.

noris affecta a Zephyro petit, ut campos suos pulcherrimis floribus impleat, quibus illae decerptis ornari cupiant. Zephyrus oranti obsequitur. inter virgines floribus oblectatas paene certamen legendi exoritur, quo studio Proserpina omnibus
5 praestat[1] modo calathos floribus implens[2] modo sese coronans, *Augurium fatale tori*[3]. ita floribus ludisque[4] optime delectantur.

Quae dum geruntur, teste Ovidio[5] Pluto consilio rapiendi nondum capto, cum Typhoeus Aetnam totamque Siciliam sibi impositam abiecturus suo more ingentibus viribus moveat, ti-
10 more perterritus ne terra patefiat luxque diei immissa usque ad umbras penetret, e Tartaro emergit et Siciliam curru circumvehitur, ut exploret, num fundamenta insulae sint tuta. ita dum regno suo consulit, ipse vi amoris flectitur[6]. aliter Claudianus[7] rem narrat: Pluto Jovis monitu iam noctu ipsius
15 raptus causa[8] iter parat ideoque Alecto Furia currum equis iungit.

Curru enim Proserpinam abductam esse inter omnes et scriptores et sculptores constat[9]. alii vehiculum ni-

---

[1]) II, 122 sq. 137 sq. Ov. M. V, 394. [2]) Ov. F. IV, 435 (comites implentes). M. V, 393. Claud. II, 139. Calathi floribus referti in permultis imaginibus reperiuntur: Foerster §. 24 p. 101. §. 28 p. 110. §. 29, 3 et 5 p. 116. §. 31 p. 121. §. 32, 4 p. 126. §. 36, 8 p. 138. 12 p. 143. 13 p. 146. 14 p. 147. 19 p. 153. p. 158. §. 37, 28—29 p. 164. p. 165. 30 p. 166. 33 p. 171. 35 p. 175. p. 176. §. 38, 36 p. 178. 37 p. 180. 38 p. 182. 39 p. 184. 40 p. 186. 41 p. 188. p. 189. §. 39, 44 p. 192. 45 p. 195. p. 196. 46 p. 196. 48 p. 199. 51 p. 200. 52 p. 201. §. 40, 53 p. 202. 54 p. 205. 55 p. 207. cf. §. 41, 1 p. 213. 2 p. 214. 215. §. 43 p. 229. 230. p. 298. Huius rei memoriam diebus festis calathi per pompam deducti revocabant: Callim. h. in Cer. 1. 3. 121 c. Schol. ad 1. cf. Clem. Pr. II p. 14, 18 P. (= Eus. Pr. ev. II, 3, 22. 35). Arnob. V, 26. Epiphan. adv. haer. III, 10 (II p. 1092 Pet.) Siculi *Ἀνθεσφόρια* (Poll. On. I, 37), Romani Florifertum (Fest. s. v. p. 91 M.) eandem ob causam celebrasse videntur. cf. Preller, Dem. p. 120 n. 110. Foerster p. 20. 23. 24. [3]) Claud. II, 140 sq. (cf. supra p. 9, 2. 10, 17). coronis ornata in fragmento quodam Locrensi ficta est, cf. Foerster §. 27 p. 110. [4]) *Ludit:* Pamph. ap. Paus. IX, 31, (6) 9. Hom. 5. 425 et ap. Paus. IV, 30, (3) 4. Ov. M. V, 392. cf. *Ἐπιτάφ. Βίων.* (Mosch. III) 126. *κυκλίοι χοροί*: Eur. Hel. 1310 sq. Colum. X, 269. Valer. Fl. V, 344. pila ludentes Colotes sive Parius Nymphas Proserpinae comites sculpserat in mensa Junoni Olympiae dedicata: Paus. V, 20, (1) 3. cf. Foerster p. 101 c. n. 1. [5]) M. V, 352 sq. et hoc auctore Bocat. VIII, 6 p. 204. Myth. Vat. II, 93 et Lact. ad Stat. Theb. V, 357, quibus locis e [Lact.] Narr. fab. V, 6 pro *Typhoei eromentis Aetnam* scribendum est *morentis Aetnam*. (Narr. fab. *Typhonis* perperam pro *Typhoei*). [6]) cf. supra p. 9, 19. [7]) I, 275 sq. cf. supra p. 10, 2. [8]) Hoc ipso consilio Plutonem ascendisse exceptis iis scriptoribus, quos not. 5 attulimus, omnes consentire videntur, etsi his ipsis verbis non utuntur. [9]) Hom. 18 sq. 32. 81. 431. (cf. 375. 382). Orph. h. XVIII (17), 14. Arg. 1199. Cic. in Verr. IV, 48, 107. Ov. M. V, 360. 402 sq. 421. 424. F. IV, 446 sq. Hyg. f. 146. Sil. It. VII, 690. XIV, 244 sq. Diod. V, 3. 4. Appian. b. civ. IV, 105. Paus. IX, 23, (2) 4. Anthol. lat. 104, 7 Riese I p. 106. Firm. 7, 2. 3. Arnob. V, 37. Claud. I, 278 sq. II, 156 sq. 191 sq. 217. 227. 247. 306. 318 sq. III, 236 sq. 243. [Lact.] Narr. fab. V, 6. ad Stat. Theb. V, 357. Schol. ad. Il. *E*, 654. Etym. M. s. v. *κλυτός*. Bocat.

grum[1], alii aureum[2] fingunt, iunctis quattuor[3], rarius tribus[4], rarissime duobus[5] equis immortalibus[6] atro colore[7] mortifero spiritu, quorum *infectae spumis vitiantur harenae*[8]. quibus Claudiano[9] teste sunt nomina *Orphnaeus Aethon Nycteus Alastor*, quae temporum atque librariorum iniquitate foedissime vitiata uno equo 5 omisso Bocatius tradit *Ametheus Novius Abaster*. hi igitur equi immissis habenis aut aureis[10] aut *obscura tinctis ferrugine*[11] currum et per terram et per aera rapere solent[12] in pulvere vastos sulcos relinquentes[13].

Quo curru postero die Pluto e sede sua profectus, maximo 10 cum fragore terraeque motu, cuius causam sola Venus cognoscit, sub terra iter quaerit equis frustra repugnantem calcantibus Enceladum Gigantem[14], qui sub Aetna iacens *saucia terga revinctus Spirat inexhaustum flagranti vulnere sulphur*[15]. cum vero nulla ianua pateat sed rupes undique oppositae iter impediant, 15 ingenti cum fragore, quem Vulcanus Cyclopes incolae remotissimarum regionum audiunt obstupefacti, sceptro Pluto saxa diffindit, ut late terra dehiscat[16]. rege inferorum cum atrocibus quadrigis[17] conspecto maximus terror rivos flores astra totam invadit naturam et tetrae subito tenebrae oboriuntur[18]. neque 20 vero minore terrore ipsi Plutonis equi percutiuntur insolito caeli lucisque adspectu consternati[19], sed nihilo minus a rectore coacti proruunt, ut tota insula contremiscat[20].

Jam Proserpinam Pluto videt rapit abducit. comites utrum procul afuerint an ex media earum turba dea sit ab- 25 repta, apud paucos scriptores diiudicari potest. apud alios[21] carpendi studio impulsa virgo paulatim longius processerat *Et dominam casu nulla secuta comes*, apud alios ceteras familiares dispersas cum solis deabus sive forte sive ab illis pellecta re-

---

VIII, 6 p. 204. Natal. II, 2 p. 126. II, 9 p. 177. de Plutonis epitheto κλυτόπωλος (Il. *E*, 654. *Λ*, 445. *Π*, 625) cf. Foerster p. 5. Vide omnes imagines a Foerstero p. 99 sq. descriptas. (cf. p. 114 Pisidia). [1]) Claud. II, 227. Sil. It. VII, 690. [2]) Hom. 19. 431. cf. 375. [3]) Orph. h. XVIII (17), 14. Hyg. f. 146. Firm. 7, 3. Arnob. V, 37. Claud. I, 283 sq. passim in imaginibus. [4]) Bocat. VIII. 6 p. 204 et in pictura quadam ap. Foersterum §. 43, 7 p. 230. [5]) in sarcophago Berol. ap. Foersterum §. 37, 29 p. 165. [6]) Hom. 18. 32. cf. 375. 382. [7]) Ov. M. V, 360 et hoc auctore Natal. Com. II, 9 p. 177. *caerulei:* Ov. F. IV, 446. κυανότριχες: Orph. Arg. 1199. [8]) Claud. II, 202 sq. [9]) I, 283 sq. cf. Ov. M. V, 402: *nomine quemque vocat.* [10]) Pausaniae IX, 23, (2) 4 quidem Pindarus (fr. 13 Bergk) nisi propter raptum Plutonem χρυσάνιον appellasse non videtur. cf. Foerster p. 5. [11]) Ov. M. V, 404. [12]) cf. *Additam.* 13. [13]) Stat. Theb. XII, 273. [14]) Claud. II, 152 sq. [15]) ibid. I, 154 sq. [16]) ibid. II, 170 sq. Hom. 16: χάνε χθών. 429. hic specus multis locis ostendebatur (cf. infra), sed e ceterorum scriptorum verbis non satis apparet, num tunc primum ortus esse sit dictus. [17]) cf. Ov. M. V, 421: *equi terribiles.* [18]) Claud. II, 188. III, 235 sq. [19]) ibid. II, 193 sq. Ov. F. IV, 449. Sil. It. XIV, 246. [20]) Claud. II, 197 sq. III, 235 sq. [21]) Ov. Fast. IV, 443 sq. cf. Arnob. V, 24: *cum illam huc at-*

liquerat[1], alii Nymphas aut solas[2] aut deabus praesentibus[3] spectantes terrore perculsas diffugientes faciunt. apud Claudianum[4] comitibus propter tenebras obortas nec aurigam nec quae gerantur cognoscere licet. Cyane[5] sola, quae *propior* 5 *cladi steterat*, raptori obsistere videtur, sed *tacito laesa veneno*[6], quo *caligantes marcebant fronte coronae*, priusquam quaerentibus ceteris comitibus raptorem elapsum indicare possit, *Solvitur in laticem*, ita ut fons oriatur[7]. deae quid fecerint, alii non narrant[8], alii et Venerem et Minervam et Dianam Plutoni faventes 10 fingunt[9], alii Venere aut absente[10] aut praesente[11], dum haec *mixto metu perterrita gaudet*[12], Minervam et Dianam raptori obsistentes armisque eum usque eo urgentes faciunt, quoad Juppiter misso fulmine impetum earum inhibet generumque

---

que illuc lectionis cupiditas avocaret. in hymno Homerico narcissi odore longius ut abscedat pellici videtur, ita ut nemo eam clamantem audiat (v. 22 sq.). hic est floris δόλος (v. 8), hinc Pamphos ap. Paus. IX, 31, (6) 9 ναρκίσσοις ἀπατηθεῖσαν deam dicit, neque hanc rem attingit Plut. Qu. conv. III, 1, 3, 4. τὸν νάρκισσον (οὕτως ὠνόμασαν) ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα καὶ βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις (cf. Voss ad Hom. 8). paucis in imaginibus Proserpinam solam a Plutone oppressam videmus: Foerster §. 43, 1 p. 224. 7 p. 230. §. 44, 1 p. 234. 2 p. 235. [1]) cf. Orph. Arg. 1198. Hyg. f. 146 rem dilucide non exponit. cf. Foerster p. 68 et imagines §. 37, 29 p. 164. 31 p. 167. 32 p. 169. 33 p. 171. §. 38, 36 p. 178. 40 p. 186. 41 p. 188 sq. p. 298. §. 39, 46 p. 196. 47 p. 198. 48 p. 199. 50 p. 200. §. 40, 53 p. 202 sq. 54 p. 205. 58 p. 210. [2]) cf. Firm. 7, 2. Colum. X, 275. vide tabulam Colotae ap. Paus. V, 20, (1) 3. Foerster p. 101 et §. 29, 4 p. 116. §. 30 p. 119. §. 43, 6 p. 229. [3]) Eur. Hel. 1312 sq. Hyg. f. 141 coll. 146 (Dosith. p. 72). Claud. II, 204. Cf. imagines oppressae Proserpinae ap. Foersterum p. 158. §. 37, 28 p. 159 sq. 30 p. 166. 35 p. 174 sq. §. 38, 37 p. 179 sq. 38 p. 182. 39 p. 184 sq. §. 39, 44 p. 192. 45 p. 195 sq. 51 p. 200. 52 p. 201. §. 40, 56 p. 208. cf. §. 41, 2 p. 214 sq. 3 p. 216. 4 p. 216 sq. 5 p. 218. abductae Pros: §. 30 p. 119. §. 36, 13 p. 146. 16 p. 149. 17 p. 150. 18 p. 152. 26 p. 155. §. 40, 55 p. 206 sq. cf. §. 41, 1 p. 213. [4]) III, 235 sq. Electra Minervam et Dianam raptori obstitisse ignorat, ut apparet ex III, 198. 244. [5]) cf. *Additam.* 6. [6]) cf. supra p. 13, 2. [7]) Claud. III, 245 sq. ab hoc igitur poeta sicut a Nonno VI, 128 fons ille prope Syracusas situs propius quam est re vera cum Henna raptus loco videtur esse coniunctus. [8]) Ven. Min. Dian: Hyg. f. 146 cf. Foerster p. 68. Min. et Dian: Diod. V, 3. hymni Hom. v. 424 interpolatori tribuendus est, cf. supra p. 10 n. 4. [9]) Orph. Arg. 1198, cf. Foerster p. 280 sq. et imagines §. 40, 54 p. 205. p. 298 sq. cf. §. 41, 5 p. 217 sq. Ven. et Min: §. 40, 53 p. 203. Min. et Dian: §. 34 p. 135. Min. sola: §. 40, 55 p. 207. 56 p. 209. Ven. sola: §. 30 p. 120 (?) [10]) Eur. Hel. 1317 sq. cf. 1322. imagines: Foerster §. 36, 18 p. 152. 23 p. 154. §. 37, 30 p. 166. 31 p. 167. 35 p. 175. §. 39, 44 p. 192 sq. cf. §. 42 p. 222. Min. sola: §. 28 p. 110. Dian. sola: §. 30 p. 120 (?) [11]) Claud. II, 204 sq. imagines: Foerster §. 36, 8 p. 138 sq. 9—10 p. 142. 11—12 p. 143. 13 p. 146. 14 p. 147. 15 p. 148 (?) 16 p. 149. 17 p. 150. 19 p. 153. 25 p. 155. §. 37, 28 p. 160. 29 p. 165. 32 p. 169 sq. 33 p. 171. §. 38, 37 p. 180. 38 p. 182. 39 p. 184. 40 p. 186. 41 p. 189. §. 39, 47 p. 198. 48 p. 199. 49 p. 200. cf. §. 41, 1 p. 212. 2 p. 214. 3 p. 215 sq. 4 p. 216. Ven. et Min: §. 31 p. 121. §. 38, 36 p. 178. §. 39, 45 p. 195. [12]) Claud. II, 155.

sancit[1]. tum demum *reverentia patris*[2] motae desistunt, Pluto praedam abducit, *Nox sua prosequitur currum, lux redditur orbi, Persephone nusquam*[3].

Hymenaeus raptori se favere eo ostendit, quod *nimbis hiulcis intonat*[4]. eundem sculptores quidam Plutoni comitem 5 adiungunt[5], quem locum plerique tribuunt Mercurio aut equis praecedenti[6] aut eos regenti[7] aut alia Plutoni officia praestanti[8]. similibus muneribus in aliis imaginibus Alecto Furia fungitur[9]. creberrimi Amores modo faces modo flammeum ferentes, equos regentes, currum supervolantes, floribus studentes, Proserpinam 10 aut e comitibus quandam hic impellentes illic prohibentes[10] aeque ac Pergi Enceladi Gaeae[11] Ascalaphi[12] Cerberi[13] aliorum inferorum[14] figurae legibus rationis plasticae attribuendae sunt, neque alio spectant Horae[15] mortis genius[16] Victoria[17] Hercules[18] aliae figurae symbolicae. poetae pauci Solem, *qui late facta* 15 *diurna videt*, spectantem[19] faciunt, audientem clamores virginis

---

[1]) Eur. et Claud. ll. ll. cf. Apollod. I, 5, 1 Διὸς συνεργοῦντος. adde imagines ap. Foersterum §. 36, 8 p. 139. §. 38, 37 p. 180. 40 p. 186. §. 39, 47 p. 198. 51 p. 200. §. 41, 1 p. 213. §. 43, 4 p. 226. Jovem nonnullae imagines praesentem exhibent, cf. Foerster §. 30 p. 119 sq. (addita Junone). §. 31 p. 122. §. 38, 37 p. 180. 39 p. 184. 40 p. 186. §. 40, 56 p. 209 sq. §. 43, 4 p. 226. contra in hymno Hom. 27 sq. ne clamores virginis raptae audiat, Juppiter consulto procul se ab eo loco tenet. [2]) Claud. II, 234. [3]) ibid. III, 243 sq. [4]) ibid. II, 230. [5]) Foerster §. 43, 5 p. 227 sq. cf. §. 44, 4 p. 240. [6]) ibid. §. 28 p. 111. 114. §. 29, 5 p. 116. §. 30 p. 119. §. 31 p. 122. §. 32, 2—3 p. 124. §. 33, 2—4 p. 130. §. 35, 1 p. 135. §. 36, 8 p. 138. 9—10 p. 142. 11—12 p. 143. 13—14 p. 146. 15 p. 148. 18 p. 152. 20 p. 153. 21—22 p. 154. 24 p. 155. p. 158. §. 37, 28 p. 160. 29 p. 165. 30 p. 166. (32 p. 170). 33 p. 171. 35 p. 175. §. 38, 36 p. 179. 37 p. 181. 38 p. 182. 39 p. 185. 40 p. 186. p. 299. §. 39, 44 p. 193. 45 p. 195. 47 p. 198. (49 p. 200). §. 40, 53 p. 203. 54 p. 205. 55 p. 207. 56 p. 209. cf. §. 41, 1 p. 213. 2 p. 215. 3 p. 216. 4 p. 217. 5 p. 218. §. 43, 2 p. 225. cf. p. 220 sq. [7]) §. 43, 6 p. 229. [8]) §. 32, 4 p. 126. §. 37, 29 p. 164. 33 p. 171. §. 38, 37 p. 179. 38 p. 182. 39 p. 184. 41 p. 190. §. 39, 44 p. 192. 45 p. 195. 46 p. 197. cf. §. 41, 2 p. 214 et supra p. 9, 26. [9]) §. 30 p. 119. §. 33 (p. 128) 1 p. 129. 2 p. 130. §. 38 (2 p. 181). 38 p. 183. (40 p. 187). §. 44, 4 p. 241. 8 p. 244. cf. supra p. 12, 15. [10]) §. 28 p. 111. 114. §. 29, 3—4 p. 116. §. 31 p. 122. §. 32 (p. 123). 2—3 p. 124. 7—8 p. 128. §. 36, 8 p. 138. 9—10 p. 142. 14 p. 147. 15 p. 148. 16—17 p. 149. 18 p. 152. p. 158. §. 37, 28 p. 160. 30 p. 166. 32 p. 169. 33 p. 171. 34 p. 173. 35 p. 175. 176. §. 38, 36 p. 178 sq. 37 p. 180. 38 p. 182. 39 p. 185. 40 p. 186. 41 p. 189 sq. p. 299. §. 39, 44 p. 192 sq. 45 p. 195. 47 p. 198. 48 p. 199. 51 p. 200. §. 40, 53 p. 202 sq. 54 p. 205. 55 p. 206 sq. 56 p. 208 sq. 58 p. 210. cf. §. 41, 1 p. 213. 2 p. 214. 3 p. 216. 4 p. 216 sq. 5 p. 218. cf. p. 220. §. 44, 6—7 p. 243. [11]) cf. *Additam.* 14. [12]) cf. *Additam.* 15. [13]) Foerster §. 37, 28 p. 162 sq. (32 p. 170). 35 p. 175. §. 38, 37 p. 181. 40 p. 186. 41 p. 190. §. 39, 44 p. 193. §. 40, 53 p. 204. 54 p. 205 (?) 55 p. 207. 56 p. 209. cf. §. 41, 2 p. 215. 4 p. 217. 5 p. 218. [14]) §. 33 p. 128. 1 p. 129. 1 et 3 p. 130 (c. not.) [15]) §. 36, 12 p. 143. 14 p. 147. 15 p. 148. 19—20 p. 153. 21—22 p. 154. cf. §. 41, 1 p. 213. [16]) §. 39, 45 p. 195 sq. [17]) §. 37, 28 p. 162 sq. [18]) §. 37, 28 p. 162 sq. (cf. §. 36, 14—15 p. 148). [19]) Hom. 26 (cf. 69 sq. 75 sq.). Ov. F. IV, 581 sq. Sol in monili quoque a Foerstero §. 30 p. 119 sq. descripto obvius fit.

Hecaten[1] in antro absconditam. neque enim placide se abripi Proserpina patitur, sed sicut *Palluit et viso pulsus decor omnis Averno*[2], ita rapta maxima voce exclamat[3], ut montes mariaque voci respondeant[4], auxilium comitum[5], matris absentis[6], Jovis patris[7] implorat flagitatque, ipsa omnibus viribus repugnat[8], ita ut vestis discindatur[9] floresque amissi dolorem augeant[10], crinibus passis[11] *planctu lacertos verberat*[12]. simili igitur habitu plerumque imago Proserpinae a truci raptore arreptae facta est[13]. secundum hymni Homerici[14] auctorem, quamdiu virgo terram caelumque videt, animus eius quamvis sollicitus spe auxilii erigitur, terram demum hiantem ingrediens de salute desperare videtur. apud Claudianum[15] vero ex contrario initio quidem graves querelas in Jovem effundit, qui virginitatem simul cum caelo sibi eripi sinat, et *male dilectos flores, despecta matris consilia, Veneris deprensas serius artes* exsecratur, postea autem mitior facta consolatione Plutonis, qui non indignum se maritum et Elysium alteris sideribus pratis floribus lucis insigne potentiamque reginae futurae praedicat[16], mutata mente insolitam sedem intrat. sed haec alii poetae missa faciunt. longe enim plurimi scriptores, quos enumerare longum est, simplicibus verbis Proserpinam a Plutone raptam esse memoriae produnt, atque inde ex Theocriti temporibus huius rei memoria sollemnis omnibus poetis locus facta est[17].

Quam memoriam festis quoque multis diebus servatam fuisse constat[18], quibus inito autumno Proserpinae κάθοδος celebrabatur. ex quo feriarum tempore cum etiam neglecta fabulae sententia symbolica[19] concludendum videatur raptum ipsum autumnali tempori anni assignatum esse[20], non nimium pondus illis floribus vernis afferendum neque *serenus quidam veris dies circiter Martii mensis initium* ponendus est[21]. minime enim Siculorum fabula hanc sibi vim inferri patiatur, cum in eo

---

1) Hom. 24 sq. 57 sq. cf. Apollon. Rh. Γ, 1213. Cf. *Additam.* 5. 2) Valer. Fl. V, 348. 3) Hom. 20. 67. 81. 432. Eur. Or. 963. Firm. 7, 2. de memoria diebus festis repetita v. Foerster p. 21. 4) Hom. 38 sq. 5) Ov. M. V, 397. 6) ibid. et F. IV, 447. Claud. II, 267. 7) Hom. 21. 27. 8) Firmic. Mat. 7, 2: *nec resecati ungues contra amatorem rusticum aliquid profuerunt.* 9) Ov. M. V, 398. F. IV, 448. Firm. 7, 2. 10) Ov. M. 399 sq. 11) Firm. l. l. Claud. II, 248. 324. 12) Claud. II, 248. 13) cf. Preller, Dem. p. 86. Foerster passim inde a p. 99. 14) v. 33 sq. 15) II, 250 sq. 16) cf. Amores et Hymenaeum consolantes ap. Foersterum §. 40, 56 p. 209. §. 43, 5 p. 228. Cf. *Additam. 9.* 17) cf. Foerster p. 73 et epigrammata ab eodem (n. 3) collata, quibus virginum mortuarum sors cum Proserpinae sorte comparatur, et imagines §. 36 p. 157. §. 43 p. 231 sq. in nonnullis imaginibus Proserpinae veri cuiusdam virginis mortuae vultus tributi esse videntur, cf. Foerster §. 38, 36 p. 178. §. 40, 58 p. 210. 18) cf. Preller, Dem. p. 122. Foerster p. 18 sq. 104 n. 1. 19) Foerster p. 25 sq. 20) cf. Orph. h. XXIX (28), 14: *Ἁρπαγιμαῖα λέχη μετοπωρινὰ νυμφευθεῖσα.* 21) Voss ad h. in Cer. 5. cf. Preller, Dem. p. 80 n. 1.

glorientur, quod perpetuo vere illa regio fruatur[1], hoc autem et illa anthologia et Sol spectans impedit, ne cum Prellero[2] consentiamus caelo in imagine quadam[3] stellis ornato raptum noctu factum designari. immo vero *Crimine nox vacua est*[4], interdiu una omnium voce Proserpina oppressa esse traditur. 5 Claudiano[5] teste prima luce domo profecta, cum *Impulit Ionios praemisso lumine fluctus Nondum pura dies*, circiter meridiem[6], teste Firmico[7] *prope vesperam* rapitur. sacris veterum opinionibus totum hunc mythum antiquissimae et quasi opacae vetustati tributum esse optime Foersterus[8] testimoniis diligen- 10 tissime collectis comprobavit. itaque aut Pandione[9] aut Erechtheo regnante[10] Ceres Eleusinem venisse, temporibus Erechthei regis Atheniensium (anno XVIII regni[11]) et Lyncei regis Argivorum[12] et Cadmi et Minois[13] Proserpina rapta esse fertur. paucis tamen, qui Euhemeri rationem imitabantur, rem ad 15 suum tempus propius admovere libuit, ita ut temporibus aut Exodi Israelitarum[14] aut Judicum Judaeorum[15] aut Jesu Christi[16] raptum accidisse, Triptolemum autem multis saeculis post Cererem reginam fuisse[17] narrarent.

Quae urbes omnia ea, quae fabula nostra narrantur, ad 20 se traxerint, Foersterus[18] summa diligentia exposuit. hic sola ea loca proferenda sunt, quibus Proserpina a Plutone improviso oppressa et rapta esse fertur. atque ut principium ducamus ab antiquissimo testimonio, secundum hymnum Homericum[19] *Νύσιον πεδίον* est is locus, unde Proserpina rapta est. 25 hunc campum floribus redundantem[20] haud procul a mari situm[21] Foersterus optime probavit nomen duxisse a Nysa Cariae urbe, cui proximum erat pratum nomine *Λειμών, εἰς ὃν ἐξοδεύουσι πανηγυρίζοντες Νυσαεῖς τε καὶ οἱ κύκλῳ πάντες*, et specus sacer Plutoni et Proserpinae, quos deos Nysaenses maxime 30 venerabantur[22] et aeque ac Cererem filiae vestigia sequentem in

---

1) Cic. in Verr. IV, 48, 107. Ov. M. V, 391. Diod. V, 3. [Aristot.] Mir. ausc. LXXXII (83). Solin. 5, 14. Plut. Qu. nat. 23, 2. Firm. 7, 2. Claud. II, 73 sq. III, 221 sq. 231. 2) Dem. p. 90. 3) Foerster §. 44, 4 p. 239 sq. 4) Ov. M. V, 581. 5) II, 1 sq. 120 sq. I, 221 sq. III, 232 sq. 6) III, 234. cf. Ov. F. IV, 461 sq. ubi Ceres eodem die totam pererrat Siciliam. 7) 7, 2. 8) §. 1 p. 3 sq. 9) Apollod. III, 14, 7. 10) Marm. Par. (23) 12 (Müller fr. hist. I p. 544). Philoch. Atth. II ap. Euseb. chron. p. 36 Sch. Müller fr. I, 392. Diod. I, 29 cf. Justin. II, 6. Max. Tyr. XIII p. 133 (Lugd. 1614): Tript. post Erichthon. et Cecropem. 11) Philoch. ap. Bocat. XI, 6 p. 273. 12) Euseb. ap. Boc. VIII, 6 p. 206. 13) Clem. Al. Strom. I p. 381 Potter. Tatian ad Gr. 39: Lync. Cadm. Min. 14) Cedren. I p. 143 Bkk. 15) Suid s. v. *Κόρη*. 16) Joann. Ant. Chron. fr. 13, 3 (Müller, fr. hist. IV p. 547 = III p. 62 Ddf), 17) Philoch. ap. Bocat. VIII, 4 p. 203. 18) p. 11 sq. 19) v. 17. 20) v. 6 sq. 425 sq. *λειμῶνα* v. 7. 417. 21) v. 14. 34. 38. Oceanitides Proserpinae comites v. 5. 418. cf. Foerster p. 268 sq. 22) Strab. XIV, 1, 43—45 p. 649 sq.

nummis exprimebant[1]. Euripidem[2] locum raptus in Asia posuisse ex verbis eius non satis elucet, cum nihil dicat nisi Cererem multos post errores *Ἰδαιᾶν Νυμφᾶν σκοπιάς* pervasisse maerentemque ibi humi se proiecisse. Cyzicum urbem, cuius incolae Proserpinam cum Cerere matre summis caerimoniis colebant[3] easque in nummis effingere solebant[4], solus Propertius[5] significat. in Macedonia raptus effectus esse ferebatur prope Crenides (Philippos) urbem, ubi ad occidentem vergens situm erat *πεδίον εὔφορον πάνυ καὶ καλόν*[6], quam regionem omni florum genere maxime rosis abundasse constat[7]. Athenienses e sua terra Proserpinam abductam esse contendebant[8]: narcissis quidem et crocis clarus erat demus Colonus[9] et monstrabatur ibi introitus Tartari, vorago illa liminis aheneí[10], ubi Oedipus decessit, quam uberius describit Sophocles[11] cratera cavum memorans et monumentum foederis a Theseo et Pirithoo in Orcum descensuris icti[12] et Thoricium saxum (quamvis longius remotum ad illum scilicet locum versus prominens) et cavam pirum et saxeum sepulcrum (res sane inter *γνώριμα τοῖς ἐγχωρίοις* referendas, sed nobis prorsus non cognitas aliunde[13]) et collem *Δήμητρος εὐχλόου* propinquum. per Hymetti florea iuga Proserpinam cum comitibus choros duxisse (raptus mentione non facta) solus narrat Valerius Flaccus[14] additis verbis *aut Sicula sub rupe.* Bacchylides[15] ex Creta raptam Proserpinam cecinit neque abest suspicio, quin hunc quoque locum Gnosii sibi vindicaverint, qui *primum apud se fruges satas audacter cum Atticis contendebant* et nummos capite Cereris ornabant[16]. longe autem maximus testimoniorum nu-

---

1) Spanh. ad Callim. h. in Cer. 9. Foerster p. 111. 253 sq. 2) Hel. 1324. cf. Foerster p. 52. 3) Appian. Mithr. 75. Plut. Luc. 10. Porphyr. de abst. I, 25. Inscr. ap. Welcker. Gr. Götterl. II p. 534. Marquardt, Cyz. p. 119 sq. Foerster p. 9 n. 9. cf. infra p. 24, 18. 4) Foerster p. 113. 253. 5) IV (III), 22, 4. parum potens est testimonium epigr. Anthol. lat. VI, 77, 13 (II p. 550 Burm. = II p. 244 n. 1690 Meyer): *raptam Cyzicos ostreosa divam* sc. *frequentat.* 6) Appian. b. civ. IV, 105. 7) Theophr. H. pl. VI, 6, 4. Plin. H. N. XXI, 17. cf. Nicand. ap. Athen. XV, 31 b (fr. 74 Sch.) v. 13 sq. *Midae horti* haud procul aberant: Her. VIII, 138 et Wessel. ad h. l. Tertull. de Coron. p. 110 A (ed. Rig.) cf. O. Müller, Maced. p. 51. Böttiger, Scr. min. III p. 160. Creuzer, Meletem. II p. 305. 8) Phanodem. ap. Schol. ad Hes. Th. 914 (Phan. fr. 6 Sieb. = fr. 20 Müller fr. hist. I p. 369). Schol. ad Soph. Oed. Col. 1590 (1582 Reis). cf. infra p. 21, 15. 9) Soph. Oed. Col. 681 sq. cf. supra p. 11, 3 c. n. 3. 10) Soph. O. C. 57: *χαλκόπους ὀδός* cf. 1590. *χαλκοῦς ὀδός* Istr. et Astydamas ap. Schol. ad Soph. l. l. cf. Hes. Th. 811 sq. *Χαλκοῦς* Schol. ad Soph. O. C. 1058 (1055 Reis). cf. Paus. I, 18, 7. 11) O. C. 1590 sq. 12) Schol. ad Soph. O. C. 1593 (1585 R.) cf. Paus. I, 18, (4) 5. 13) Reisig. ad Soph. O. C. 1587. 14) V, 344. 15) ap. Schol. ad Hes. Th. 914 (Bacch. fr. 64 Bergk). Eudoc. s. v. *Δημήτηρ* p. 109. Tzetz. ad Hes. Opp. 32 p. 51 Gaisf. fortasse idem sensus latet sub verbis Diodori V, 77 et Etym. Gud. s. v. *Ἐλευσίς.* cf. Foerster p. 11 n. 6. p. 4 n. 15. *Additam.* 17. 16) Solin. 11, 10. Preller, Myth.^{2} p. 594 c. n. 3.

merus locum raptus in Sicilia situm indicat[1], ubi Ceres et Proserpina natae[2] et Proserpina una cum Minerva et Diana nutrita[3] et adulta aetate occultata esse ferebatur[4], quam insulam Cereri cum Vulcano certanti Aetna adiudicaverat[5] et deae praeter ceteras amabant et custodiebant[6] et primam agricultura donaverant[7], unde his deabus sacram incolae insulam praedicabant atque templis festisque diebus eas colebant[8]. quae hic de universa Sicilia diximus, imprimis ad Hennam urbem pertinent[9], quae campis circumiacentibus fructuosissimis praeter ceteras urbes florebat[10]. ibi sub radicibus rupis perexcelsae, qua in summa urbs erat aedificata, iuxta Pergum lacum alii erant plurimi lacus lucique et fontes perennes et pratula laetissimis floribus referta, violis potissimum, qui omni tempore anni ita vigebant, ut naturalem canum venantium odoratum impedire dicerentur[11], et propinqua spelunca infinita altitudine, *locus ut ipse raptum illum virginis declarare videretur*[12]. cum

---

[1]) in Sicilia loco non accuratius distincto: Stat. Theb. VIII, 62. Plut. Timol. 8. Diod. V, 69. Arnob. V, 24 (I, 36). Schol. ad Hes. Theog. 914. ad Aristoph. Vesp. 1438. ad Aristid. Panath. 105, 11 p. 53 Ddf. Eudoc. s. v. *Δημήτηρ* p. 109. Tzetz. ad Hes. Opp. 32. Natal. Com. (duce Claudiano) II, 9 p. 177. [2]) Ceres et Proserpina: Cic. in Verr. IV, 48, 106—108. Ceres: [Aristot.] Mir. ausc. 83. Arnob. I, 36. Proserpina Sicula vocata: *Ἐπιτάφ. Βίων.* (Mosch. III) 128. Sen. Herc. fur. 553. [3]) Diod. V, 3. cf. supra p. 8, 20 et 29. [4]) cf. supra p. 6, 29 sq. [5]) Silen. ap. Schol ad Theocr. I, 65. cf. Nonn. XXX, 68 sq. et Preller, Dem. p. 181. Jovis voluntate iam *ἐξ ἀρχῆς* haec insula Cereris et Proserpinae erat: Schol. ad Pind. Nem. I, 16 et Thom. Tricl. ad I, 17. [6]) Ov. F. IV, 421. Cic. in Verr. IV, 49, 107. V, 72, 188. Diod. V, 3. 69. [7]) cf. infra. [8]) cf. Ebert *Σικελ.* p. 9 sq. et infra p. 24, 19. [9]) Ceres ibi nata: [Aristot.] Mir. ausc. LXXXII (83). Proserpina ibi nutrita: Schol. ad Lucan. VI, 739. hanc urbem sortita: Diod. V, 4. cum matre incolens: Cic. in Verr. V, 72, 188. Liv. XXIV, 38, 8. unde Hennaea dicta: Sil. It. I, 93 VII, 689. XIV, 238 sq. Lucan. VI, 740 (an solum propter raptum? cf. Schol. ad Lucan. l. l.) Ceres Hennaea: Claud. I, 122. Hennensis: Cic. in Verr. IV, 49, 107. 50, 111 et saepius. cf. nummos ap. Foerster. p. 115. 251. [10]) Preller, Dem. p. 179 c. n. [11]) Diod. V, 3. Plut. Qu. nat. 23, 2 (hic enim emendandum puto *Ἔνναν* pro *Αἴτνην*. cf. infra p. 20 n. 1). Ps. Aristot. Mir. ausc. l. l. Natal. II, 2 p. 126 (ex Diodoro). Plut. l. l. addit hunc locum propter raptum Siculis instar asyli esse, ita ut animalibus ibi pascentibus non insidientur. [12]) Cic. in Verr. IV, 48, 107. Locum uberius describunt Cic. l. l. Ov. M. V, 385 sq. F. IV, 427. Diod. V, 3. Firm. 7, 1 sq. Claud. II, 101 sq. Natal. Com. II, 2 p. 126. Proserpinam inde raptam v. Cic. l. l. IV, 106 sq. Ov. M. V, 391. F. IV, 427. Sil. It. XIV, 238. Solin. 5, 14. Schol. ad. Lucan. VI, 739. 740. Firm. 7, 1. Arnob. V, 35. 37. [Lact.] Narr. fab. V, 6. Lact. Inst. div. II, 4, 28. Claud. II, 5. 118 sq. III, 231. Diodorus V, 3 pratum non sub montis radicibus sed summo in monte situm significare videtur, et Natalis, qui eius auctoritatem sequitur, initii insequentis capitis ratione non habita ultro addit per illam speluncam currum Plutonis cum rapta dea descendisse. cf. infra p. 22, 4. Bocatius VIII, 6 p. 204 Ovidi narrationem in medium proferens in eo auctorem suum per errorem deserit, quod Plutonem dicit haud longe a Syracusis Proserpinam vidisse et rapuisse (cf. infra p. 22, 7.)

Hennensibus Aetnae accolae de loco raptus certabant[1] et ipsi prata monstrantes, ubi Proserpina flores legisset, et specum, unde Pluto prorupisset, neque his ii cedebant, quorum per florida prata Halesus fluit[2]. Hipponii autem, quo Proserpinam flores lectum venisse tradit Strabo, raptum effectum esse nullis testimoniis nisi infimae notae[3] defenditur, quae optime Foersterus refutavit. Orphicis poetis locum fabulae idoneum visum est fingere, cum dicerent Proserpinam ἐκ τῶν περὶ τὸν Ὠκεανὸν τόπων abductam esse[4], quem locum Argonauticorum auctor paulo accuratius describit in insula quadam secreta ἐπ' ἐσχατιαῖς ἀκαλλαρρόου Ὠκεανοῖο situm: ibi ait domum fuisse Cereris et locum, in quo filia flores legisset[5]. restat ut Demeae[6] mentionem faciamus, qui Proserpinam ait ἐν νάπαις raptam esse[7], quibus verbis non certum quendam locum sed omnino saltus pulchros significare videtur[8], nec dubium est quin praeter ea loca quae enumeravimus multa alia, si modo floridis pratis gloriabantur, praesertim si montes cum specubus non procul aberant, raptum sibi vindicaverint[9]. quod si Welckerus affirmat in imaginibus raptum exhibentibus nullam loci minime Siciliae significationem reperiri[10], hoc non concedendum est. serpens nimirum, terrae symbolum[11], non magis quam saxeum

---

1) Hyg. f. 146. Myth. Vat. II, 93. III, 7, 2. Lact. ad Stat. Theb. V, 357. Oppian. Hal. III, 489. Auson. ep. ad Theon. IV, 49. Schol. ad Pind. Nem. I, 16 et Thom. Tricl. ad I, 17. Joann. Lyd. de mens. IV, 85. Stat. Achill. II, 150. Valer. Fl. V, 345. Philarg. ad Verg. Ecl. III, 106, quocum cf. Serv. et Schol. Bern. et cod. 165 (p. 988 Hagen) ad Verg. Ecl. III, 105 et Serv. ad Georg. I, 38 (n. 38 Lion). cf. Foerster p. 15 c. n. 7, cui uno loco Plut. Qu. nat. 23, 2 sq. non assentiendum puto sed scribendum περὶ τὴν Ἔνναν, quoniam Plutarchus hic Diodorum V, 3 (cf. supra p. 19 n. 11) sequi videtur. non recte Vossius (ad. h. in Cer. p. 7) scribit Hennae urbi post Hieronis mortem nomen Aetnae inditum esse, nimirum τὴν Κατάνην μετωνόμασεν Ἱέρων Αἴτνην (Diod. XI, 49). 2) Colum. X, 268 sq. cf. Foerster p. 16 c. n. 1. 3) Natal. III, 16 p. 247. Marafiot. (cf. supra p. 5, 16) fol. 132. cf. Foerster p. 271 sq. Strab. VI, 1, 5 p. 256. 4) Schol. ad Hes. Th. 914. 5) Orph. Arg. 1192 sq. hymni XVIII (17), 13 auctor pratum memorat, Procl. Theol. Plat. VI, 11 οἴκοις ἐν ἀβάτοις ἐξῃρημένοις τοῦ παντός, Porphyr. de antr. 7 speluncam. cf. Strab. IV, 4, 6 p. 198, cui Artemidorus testis est de insula quadam πρὸς τῇ Βρεττανικῇ, καθ' ἣν ὅμοια τοῖς ἐν Σαμοθρᾴκῃ περὶ τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην ἱεροποιεῖται, et Procl. in Tim. I, 54 F, qui testem citans Marcellum ἐν τοῖς Αἰθιοπικοῖς scribit septem insulas fuisse ἐν τῇ ἔξω θαλάττῃ Proserpinae sacras. cf. Foerster p. 16. 42. Preller, Dem. 132 n. 7. Lobeck, Agl. p. 546. 6) Sic Foersterus p. 17 n. 1 ex libris mss. pro vulgato *Demade*. 7) ap. Schol. ad Hes. Th. 914 (Müller fr. hist. IV p. 377). 8) Foerster p. 16 c. n. 8. 9) cf. Preller, Myth.[1] I p. 469. Paus. II, 35, (2) 3: vicus Hermionae Λειμών nuncupatus, cf. infra p. 21, 11 sq. 10) Ztschr. für alte Kunst I, 1 p. 64 sq. c. n. 80 cf. p. 26 n. 38. 11) Foerster §. 28 p. 111 §. 32 p. 124—128. §. 33, 2 p. 130. cum Gaea §. 37, 35 p. 176. §. 40, 56 p. 209.

solum[1], quo Pluto invehitur, certum locum indicat nihiloque magis Gaeae currui suppositae figura[2], quamquam ceterarum figurarum ratione habita huic nomen Siciliae a Foerstero propositum concedere non dubitamus. certius enim Enceladus[3] cognoscitur equorum ungulas a se defendens et Pergus sive sedens[4] sive quadrigis Plutonis calcatus[5]. itaque arbores[6] quoque et arae[7] nemus Hennense Cereri et Proserpinae sacrum significare videntur, id quod pictura quadam confirmatur, in qua Proserpina in prato ante domum hortumque saeptum sito a Plutone oppressa picta est[8].

Utrum Pluto eodem loco, unde Proserpinam rapuit, ad inferos rursus demergatur an longius eam asportet, priusquam in Tartarum redeat, pauci scriptores dilucide exponunt, plurimi in medio relinquunt[9]. secundum hymnum Hom[10]. haud procul a Nysa descendere videtur. item prope Colonum cum virgine inde rapta statim inferna petisse dicitur[11]. alius descensus locus nomine Ἐρινεός (Caprificus) prope Eleusinem ad Cephissum situs[12] monstrabatur, quo unde venerit Pluto, ex Orphicis carminibus licet conicere, in quibus per mare virginem aufert in Atticam et inde per speluncam in regnum suum deducit[13]. eundem descensus locum nonnulli scriptores eo significant, quod Eleusinios praesentes faciunt: hoc enim ex eo apparet, quod illi postea indices raptoris exsistunt[14], et unus ex iis Eubuleus, qui forte ibi cum Triptolemo fratre sues aliaque

---

1) §. 36, 16—17 p. 149. §. 37, 29 p. 165. §. 39, 46 p. 197. cf. §. 41, 1 p. 213. 2) §. 35, 1 p. 135. §. 36, 8 p. 138. 9 p. 142. 10 p. 142. 11—12 p. 143. 14 p. 147. 18 p. 152. 20 p. 153. 24 p. 155. §. 37, 35 p. 176. §. 40, 53 p. 204. 54 p. 205. 55 p. 207. 56 p. 209. cf. §. 41, 1 p. 213. 5 p. 218. cf. supra p. 7 n. 8. 3) §. 36 p. 158. §. 37, 28 p. 161. 32 p. 170. 35 p. 175. §. 38, 36 p. 179. §. 39, 44 p. 193. §. 40, 53 p. 204. 54 p. 205. cf. §. 41, 2 p. 215. 4 p. 217. 5 p. 218. cf. supra p. 13, 13. 4) §. 36, 12 p. 144 sq. 5) §. 37, 28 p. 160. 32 p. 170. 33 p. 171. §. 38, 36 p. 179. 37 p. 181. 38 p. 182. 39 p. 185. 40 p. 186. 41 p. 190. §. 39, 45 p. 195. 47 p. 198. 49 p. 200? cf. §. 41, 1 p. 213. 2 p. 215. 4 p. 217. 6) §. 36, 18 p. 153. 19 p. 153. §. 38, 41 p. 190. §. 39, 48 p. 199 n. 5. 45 p. 196. 46 p. 197. 52 p. 201. cf. §. 41, 1 p. 213. §. 42 p. 219. 220. 7) §. 36, 8 p. 140. 14 p. 147. 18 p. 153. cf. §. 41, 1 p. 213. 8) §. 43, 1 p. 224. 9) Ambigue rem narrant: Prop. IV (III), 22, 4. Phanod. ap. Schol. ad Hes. Th. 914. Bacchyl. ibid. Stat. Theb. VIII, 62. Plut. Timol. 8. Schol. ad Aristoph. Vesp. 1438. Ov. F. IV, 449. Schol. ad Lucan. 739. 740. Lact. Inst. div. II, 4, 28. Hyg. f. 146. Myth. Vat. III, 7, 2. Opp. Hal. III, 489. Auson. ep. ad Theon. IV, 49. Schol. ad Pind. Nem. I, 16 et Thom. Tricl. I, 17. Joann. Lyd. IV, 85. Philarg. ad Verg. Ecl. III, 106, cf. Serv. et Schol. Bern. et cod. 165 (p. 988 H.) ad Ecl. III, 105 et Serv. ad Georg. I, 38 (n. 38 Lion). Colum. X, 268. 10) v. 19 sq. 30 sq. 38. 80 sq. 415. 431. aliter Voss. ad v. 19. Cf. supra p. 17, 24 et *Additam.* 18. 11) Schol. ad Soph. Oed. Col. 1592 (1582) et 1593 (1585 Reis.) Cf. supra p. 18, 12. 12) Paus. I, 38, 5, quo auctore utitur Natal. III, 16 p. 248 et V, 14 p. 519 (hoc loco sua sponte inde raptam esse Proserpinam adiciens). De Erineo cf. Plat. Theaet. p. 143 B. Plut. Thes. 11. Preller, Dem. p. 133 n. 9. 13) Orph. Arg. 1201. h. XVIII (17), 12 sq. et hoc auctore Natal. III, 16 p. 248. Cf. supra p. 20, 7. 14) cf. *Additam.* 19.

pecora pascit, partem gregis terrae hiatu simul cum Plutone et Proserpina haustam amittere videtur[1]. apud Claudianum quidem ad hunc descensus locum Henna profectus raptor cum dea rapta pervenit. alii per ipsum specum Hennensem cum equos retro flexisse tradunt[2]. plures autem inde longius eum iter fecisse memorant, *Perque lacus altos et olentia sulphure fertur Stagna Palicorum*[3] *rupta ferventia terra*[4] usque ad Syracusas[5], ubi in portum maiorem Cyane rivus e stagno eiusdem nominis oriundus cum Anapo amne coniunctus effunditur[6]. ibi diffissa terra ad sedem suam penetrat lacusque (i. e. illud stagnum) in eo loco repente exsistit[7]. apud Ovidium[8] mutatae huius fabulae parentem lacum illum Cyane Nympha[9] incolit, *Gurgite quae medio summa tenus exstitit alvo* et frustra raptorem dehortata *in partes diversas brachia tendens Obstitit*[10]. itaque Pluto ira morae incensus *Terribiles hortatus equos in gurgitis ima Contortum valido sceptrum regale*[11] *lacerto Condidit. icta viam tellus in Tartara fecit Et pronos currus medio cratere recepit* (aut *Nympham intercedentem ut amoveret sceptro percussit*[12] aut *relicto sceptro inter stagna discussit undam praecepsque mari mersus est*[13]). quo in descensu Proserpina zonam amittit[14]. *At Cyane raptamque deam contemptaque fontis Jura sui maerens inconsolabile vulnus Mente gerit tacita lacrimisque absumitur omnis Et, quarum fuerat magnum modo numen, in illas Extenuatur aquas* (aut a Plutone praeceps in inferna mergitur[12] atque in liquorem convertitur[15]). cuius rei memoria ne abiret, Syracusani ad Cyanen fontem festos dies anniversarios agere con-

---

[1]) Clem. Al. Pr. II, 17 p. 14 P. (= Eus. Pr. ev. II, 3, 22). Eudoc. p. 111. cf. Lobeck, Agl. p. 828 sq. Foerster p. 43 n. 4. iure igitur in sarcophago quodam (F. §. 39, 44 p. 193 sq. cf. §. 41, 4 p. 217) Triptolemus cum capris et ovibus et cane fictus est. huius rei memoria eo retinebatur, quod et Eleusine (v. locos modo laudatos) et in urbe Potniis (Paus. IX, 8, 1) porci in foveas iniciebantur. in Sicilia tauri in lacum demergebantur (Diod. V, 4), Acharacis (prope Nysam) tauri in antrum immittebantur (Strab. XIV, 44 p. 650). cf. O. Müller, Eleusin. §. 6 c. n. 54—55. §. 20 c. n. 99. §. 33 c. n. 76. Foerster p. 20. 23. *Additam.* 20. [2]) Sil. It. XIV, 245 sq. Arnob. V, 24. Nat. II, 2 p. 126 (hic quamquam cetera e Diodoro haurit). cf. supra p. 19, 8. [3]) cf. Pauly, Encycl. s. v. Forbiger, Geogr. ant. III p. 786. Foerster p. 85 n. 3. [4]) Ov. M. V, 405 sq. [5]) Idem iter Ovidius F. IV, 445 sq. significare videtur, quamquam nomen loci non affert. parum accurate Bocat. VIII, 6 p. 204 Ovidium interpretatur, cum dicat Proserpinam et raptam et sub terram deductam esse prope Syracusas. [6]) cf. Forbiger l. l. III p. 784. 787. Göller de sit. Syr. XXIII. [7]) Cic. in Verr. IV, 48, 107. Diod. V, 4 *(Pluto fontem emittit).* [8]) M. V, 411 sq. nullius momenti Cyanes commemoratio est in F. IV, 469. [9]) De Cyane v. *Additam.* 6. [10]) brevius [Lact.] Narr. fab. V, 6 et ad Stat. Theb. V, 357 et Myth. Vat. II, 93: *a Cyane intercedente retardatur.* [11]) *trabale:* Claud. II, 172. [12]) Lact. ad Stat. Theb. V, 357. Myth. Vat. II, 93. [13]) [Lact]. Narr. fab. V, 6. [14]) Ov. M. V, 469 sq. cf. *Additam.* 21. [15]) v. not. 12 et 13.

sueverant[1] Nymphamque templis et imaginibus colebant[2]. ad hunc igitur locum Henna aut Aetna abreptam Proserpinam Pluto secum duxisse fertur. miro quodam modo Euhemeristae[3] hanc fabulae partem mutaverunt: Pluto, ille rusticus, cum Cererem cum armata manu se persequentem conspexisset, *funestum cepit ex desperatione consilium: quadrigam . . . per medium lacum dirigit* ibique submergitur. *Hennenses prope Syracusas eum per alium locum cum virgine emersisse iactarunt . . . nec illi defuit, qui credulam de calamitatibus suis falleret matrem: ait se Pandarus nescio qui vidisse non longe a Pachyno navem raptorem ascendisse cum virgine.* quod si Natalis Comes[4] Proserpinam dicit e Sicilia ad fluvium Chemarrum prope Lernam situm deportatam esse, Claudiani narrationem cum verbis Pausaniae[5] confundit, qui prope hunc fluvium affirmat esse περίβολον λίθων, ubi Plutonem fama sit rapta Proserpina ad regnum subterraneum descendisse. Hermionenses per eandem foveam Clymeni (i. e. Plutonis) sacram lapidea maceria saeptam descensum factum esse credidisse videntur, per quam Ditis canem Herculem extraxisse dictitabant[6]. Plutonem quidem et Cererem summis caerimoniis venerabantur[7]. aliud καταβάσιον εἰς Ἅιδου Aegialenses[8] (i. e. Sicyonii[9]), aliud in Cyllene monte situm Pheneatae[10] Cereri commonstrabant. Crenidibus quo Pluto Proserpinam abstulisse sit dictus, non patet, hoc solum memoriae proditum est Zygactem fluvium ex eo nomen cepisse, quod ibi iugum currus transvecti diffractum sit[11]. his locis enumeratis quamquam nullum scriptorum testimonium, quod huc spectet, relinquitur, tamen multis aliis locis, quantum coniectura licet augurari, descensus assignabatur[12]. in imaginibus quoque nonnullis descendens Plutonis currus effictus est[13]. qui descendentem praesentes viderint, infra apparebit[14].

Adveniente ad inferos domino, ut est apud Claudianum[15], *Conveniunt animae . . . Cunctaque praecipiti stipantur saecula*

---

[1]) Cic. in Verr. IV, 48, 107. Diod. IV, 23. V, 4. cf. supra p. 22 n. 1. [2]) Diod. XIV, 72. Aelian. V. H. II, 33. [3]) Firm. Mat. 7, 3 sq. cf. supra p. 5, 15. [4]) II, 9 p. 177. [5]) II, 36, 7 et ap Natal. III, 16 p. 248. de initiis Cereris ibi peractis v. Paus. l. l. [6]) ibid. II, 35, (7) 10. cf. *Additam.* 22. huius foveae Strabo VIII, 6, 12 p. 373 mentionem facit et hoc usus auctore Eustath. ad Il. B, 560 p. 217. cf. Orph. Arg. 1141. [7]) Paus. II, 35, (3) 4 sq. [8]) Suid. s. v. πορθμήιον. cf. *Additam.* 23. [9]) Paus. II, 5, (5) 6. VII, 1, 1 cf. Foerster p. 13 n. 5. [10]) Conon. narr. 15 (Westerm. Μυθ. p. 230. Phot. bibl. p. 133 a.) cf. *Additam.* 24. de Pheneatarum mysteriis v. Paus. VIII, 14, (8) 12. [11]) Appian. b. civ. IV, 105. cf. supra p. 18, 8. [12]) cf. supra p. 20, 15. [13]) Foerster §. 33, 4 p. 130. §. 43, 2—3 p. 225. 4 p. 226. 5 p. 227. p. 232 sq. §. 44, 3 p. 236 sq. (cum Charonte). cf. Welcker, Ztschr. I p. 70. [14]) nimirum ii, qui de raptore Cererem certiorem faciunt: cf. *Additam.* 25. [15]) II, 308 sq. (cf. I, 2). cf. imag. ap. Foerst. §. 44 sq.

cursu Insignem visura nurum[1]. occurrunt ministri, ut equos solvant[2]. *Reginam casto cinxerunt agmine matres Elysiae teneroque levant sermone timores Et sparsos religant crines et vultibus addunt Flammea sollicitum praevelatura pudorem . . . Grata coronati peragunt convivia Manes. Rumpunt insoliti tenebrosa silentia cantus, Sedantur gemitus,* intermittuntur poenae. *mors nulla vagatur In terris,* Charon[3] *vacuos egit cum carmine remos.* procedente deinde Hespero *Ducitur in thalamum virgo. stat pronuba iuxta Stellantes Nox picta sinus tangensque cubile Omina perpetuo genitalia foedere sanxit. Exsultant tum voce pii* epithalamium canentes[4]. hic igitur Proserpina et terrorem et timorem deposuisse videtur, invitis et Homero et Ovidio[5] et iis, qui ne elaberetur Proserpina *φύλακα Περσεφόνης ὑπὸ Πλούτωνος ἀποδειχθῆναί φασι τὴν Δάειραν*[6]. blanda enim illa Plutonis verba[7] acceptumque *dotale Chaos*[8] animum raptae mitigaverant[9]. nec Juppiter cunctatur, quin novam nuptam placet sibique conciliet[10]. die enim *Ἀνακαλυπτηρίων*[11] munerum loco nuptialium[12] aut Cyzicum urbem[13] aut Thebas[14] aut Agrigentum[15] aut totam Siciliam[16] ei donat[17] simulque se egregia ubertate et opulentissimis urbibus insulam aucturum homines-

---

[1]) Hecate et Mercurius in imag. ap. Foerst. §. 44, 4 p. 240 sq. 5—8 p. 243 sq. [2]) Alecto ibid. cf. supra p. 12, 15. 15, 8. [3]) cf. imag. ap. Foerst. §. 44, 3 p. 236. [4]) Commemorantur hae nuptiae ab Apul. Met. VI, 2. Sil. It. VII, 689. Dion. Hal. II, 30. Procl. in Tim. V, 307 D. Schol. ad Arat. Phaen. 150. in imaginibus symbolice significantur, cf. Foerster §. 40, 53 p. 203. §. 41, 1 p. 213. §. 43, 5 p. 227 sq. §. 44, 4 p. 240 sq. 5—8 p. 243 sq. hinc Siculorum aliorumque *Θεογάμια* et *Ἀνακαλυπτήρια* manavisse videntur (cf. Ebert, *Σικελ.* p. 14 sq. Hermann, Gottesd. Altert. §. 68, 23 p. 481. Foerster p. 23 c. n. 2 et 4), Romanorum *Orci nuptiae* (Serv. ad Georg. I, 344. Preller, Röm. Myth. p. 439 n. 4). [5]) cf. *Additam.* 26. [6]) Eustath. ad Il. *Z,* 378 p. 648. [7]) cf. supra p. 16, 16. [8]) Claud. I, 28. [9]) cf. *Additam.* 27. [10]) Natal. III, 16 p. 250. [11]) cf. Ebert *Σικελ.* p. 5 sq. [12]) Appian. b. Mithr. 75. Euphor. ap. Schol. ad Eur. Phoen. 688 (fr. 48 Mein.) Diod. V, 2. Plut. Tim. 8. Nonn. XXX, 68 sq. Schol. ad Pind. Ol. II, 16. ad Nem. I, 16 et Thom. Tricl. ad I, 17. cf. Schol. ad Eur. Phoen. 687: *χάριτός τινος ἕνεκα προϋπαρξάσης αὐτῷ παρὰ τῆςδε (τῆς Περσεφόνης).* [13]) Appian l. l. cf. supra p. 18, 4. [14]) Euphor. et Schol. ad Eur. ll. ll. (De Cereris et Proserpinae cultu Thebano cf. Her. IX, 57. 62. Xen. Hell. V, 2, 29. Plut. Aristid. 11. Paus. IX, 25, 5. Foerster p. 7.) cf. Paus. IX, 16, (3) 5: *Τὸ δὲ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς Θεσμοφόρου Κάδμου καὶ τῶν ἀπογόνων οἰκίαν ποτὲ εἶναι λέγουσιν.* [15]) Schol. ad Pind. Ol. II, 16 (De Cereris cultu cf. Polyaen. V, 1, 1. Pind. Pyth. XII, 2 c. Schol. ad 1. cf. Schubring, Acragas p. 62). [16]) Diod. V, 2. Pind. Nem. I, 16 (13 B.) sq. c. Schol. ad 16 et 23 et Th. Tricl. ad 17. Schol. ad Pind. Pyth. XII, 1. ad Theocr. XV, 14. (Theagenis et Apollodori Cyrenaïci testimonia non dubium est quin Natal. Com. l. l., ut fucum faceret, suo more finxerit. cf. Foerster p. 10 n. 3). omisso muneris auctore: Plut. et Nonn. ll. ll. [17]) cf. de his donis Preller, Dem. p. 123 n. 115 et Ebert, *Σικελ.* p. 12 sq., qui not. 88: *De donata Proserpinae Melita somniat Abela illustr. Malta p. 164. Thes. Sic. vol. XV.*

que virtute insignes additurum promittit[1]. Ita Proserpina Plutonis coniux facta est, ex quo coniugio Eumenides filiae[2], fortasse Zagreus[3] quoque filius geniti esse dicuntur. atque sua coniugii iura bene tuetur: Mintham enim Nympham, Cocyti[4] (non Plutonis[5]) filiam, quam Pluto sibi pelicem adsciverat[6], *διεσπάραξεν ἡ Περσεφόνη, ἐφ' ᾗ τὴν ὁμώνυμον πόαν ἀνέδωκεν ὁ Ἅιδης*[7], aut calce percussam[8] in mentham ipsa convertit[9]. hinc prodiit haec fabula ab Oppiano[10] narrata: Mintha, pelex Plutonis, tanta invidia incitatur in Proserpinam raptam[11], ut a verborum contumeliis non temperet: *Φῆ γὰρ ἀγαυοτέρη τε φυὴν καὶ κάλλος ἀμείνων Περσεφόνης ἔμεναι κυανώπιδος*[12], *ἐς δέ μιν αὐτὴν Εὔξατο νοστήσειν Ἀϊδωνέα, τὴν δὲ μελάθρων Ἐξελάσειν.* quibus auditis (incertum quo tempore) eam *Δημήτηρ ἀμάθυνεν ἐπεμβαίνουσα πεδίλοις. Ποίη δ' οὐτιδανὴ καὶ ἐπώνυμος ἔκθορε γαίης*[13]. multo vero simplicius in Orphico carmine ficta erat haec fabula: *Ἡδύοσμον (Τὸ πρὶν ἐὸν μέγα δένδρον ἐπὶ χθονὶ καὶ φερέκαρπον*[14]) *λυπουμένη ἡ Δημήτηρ ἰδοῦσα ἐμίσησε καὶ ἄκαρπον ἐποίησεν*[15].

Ceres enim aut filiae clamoribus auditis advolat[16] aut Hennam modo reversa plangore comitum, quae Proserpinam vocitant et *Ut clamata silet, montes ululatibus implent Et feriunt maesta pectora nuda manu*, filiam perditam intellegit[17], aut e comitibus *una celeri cursu, cum de civitate nemo succurreret, facta ex ipso timore velocior, matri raptum virginis nuntiat*[18]. fusius et copiosius rursus Claudianus hoc auget ornatque: Cererem, quae iam cum Siciliam relinqueret tristem futuri mali praesensionem supprimere non potuerat, insulae autem dignum

---

[1]) Pind. Nem. I, 16 sq. [2]) Orph. h. LXX (69), 2. Procl. in Crat. 170 p. 100. Proserpina earum mater: Orph. h. XXIX (28), 6. cf. Procl. in Tim. V, 307 D: (*Ὀρφεὺς τὴν τῶν μεριστῶν ζωοποιόν φησιν*) *ἀναρπασθεῖσαν γαμεῖσθαι καὶ γαμηθεῖσαν γεννᾶν.* de diversa Eumenidum genealogia cf. Rosenberg, Erinyen p. 22 sq. [3]) Etym. Gud. s. v. *Ζαγρεύς· τινὲς δὲ τὸν Ζαγρέα υἱὸν Ἅιδου φασίν.* cf. supra p. 4, 17. [4]) Oppian. Hal. III, 486 sq. c. Schol. ad 486. 487. [5]) sic [Lact.] Narr. fab. X, 13, sed emendandum videtur *cum Diespietre*, cf. Foerster p. 83 n. 4 (cf. n. 2, ubi Prellerum p. 173 n. 6 errare ostendit). [6]) Schol. ad Nicand. Alex. 375. Lact. l. l. Strab. VIII, 3, 14 p. 344. Phot. Lex. s. v. *Μίνθη.* Pollux VI, 68. Oppian. l. l. [7]) Schol. ad Nic. l. l. [8]) Strab. l. l. [9]) Lact. Strab. ll. ll. hinc Ov. M. X, 728 sq: *an tibi quondam Femineos artus in olentes vertere menthas, Persephone, licuit?* auctorem mutatae formae omittunt Poll et Phot. ll. ll. [10]) Hal. III, 486 sq. c. Schol. ad 486—497. [11]) ineptissime igitur hic Scholiastes: *τοῦ Ἀϊδωνέως ἐρῶντος τῆς Περσεφόνης καὶ μέλλοντος αὐτὴν λαμβάνειν εἰς Ἅιδου κτλ.*, quoniam Ceres ignara erat futurae rapinae. [12]) apud Schol. Mintha addit: *καὶ εἰ ἔλθοι διώκειν αὐτήν.* [13]) Schol: *καταπατήσασα μετέβαλεν αὐτὴν ἐπὶ τὴν κακὴν βοτάνην ταύτην.* [14]) Orph. fr. 56 Mullach, fr. phil. p. 188. [15]) Etym. Gud. et Magn. (in Et. M. omisso Orphei versu). [16]) Hom. 39. 67 sq. cf. supra p. 16, 3. [17]) Ov. F. IV, 451 sq. cf. Col. X, 275. [18]) Firm. 7, 3.

praemium custoditae filiae miram eamque voluntariam fertilitatem promiserat[1], apud Cybelen morantem et requiete plena oblectationis fruentem[2] *diu iam certa peracti Terrebant simulacra mali noctesque timorem Ingeminant omnique perit Proserpina*
5 *somno*[3], quin etiam ipsius filiae speciem quasi in Orco detentae matremque, ut se reducat vel tantum visura veniat, rogantis per quietem videt oblatam[4]. itaque timet *ne fama latebras Prodiderit leviusque suum Trinacria celet Depositum . . . aliis sedes obscurior oris Exquirenda* ei videtur[5]. Cybele eam
10 consolatur, *nec tanta Tonanti*, inquit, *Segnities, ut non pro pignore fulmina mittat*[6], neque amplius sollicitam moratur[7]. tardius festinantem dracones per aera abripiunt. domum adveniens incustoditam vacuamque, texturam interruptam, torum desertum, solam Electram[8] *secreta tectorum in parte iacentem*
15 reperit[9]. quam infando dolore affecta ubi filia, ubi ministrae sint interrogat omniaque quae facta sint comperit. sed raptorem Electra indicare non potest[10]. deas ait voto peracto redisse, Cyanen in laticem solutam esse[11], ceteras comites se sola relicta discessisse[12]. Sirenes[13], inquit, *rapidis Acheloïdes alis* (volucres
20 enim iam ante raptum erant[14]) *Sublatae Siculi latus obsedere Pelori Accensaeque malo iam non impune canoras In pestem vertere lyras. vox blanda carinas Alligat, audito frenantur carmine remi.* aliorum scriptorum consensu Sirenes antea virgines fuerant. quae *Proserpinae raptu aberrantes (lamentantes*[15]*) ad*
25 *Apollinis petram venerunt*[16] *ibique Cereris voluntate, quod Proserpinae auxilium non tulerant*[17] *(consilio deorum*[15]*) volaticae sunt factae*[17]*: demutatae sunt in aves capita solum habentes* (sc. *sua) et ibi cantantes detinebant navigantes*[18]. aliquantum ab hac narratione alii discrepant: Sirenes Proserpinam raptam toto orbe
30 frustra quaerunt. itaque ipsae optantes, ut in mari quoque requisitam persequi possint, a diis in volucres vertuntur vultum virgineum et vocem humanam servantes[19]. deinde *diu quaerentes*[20] *novissime ad petram Martis, quae proxime imminebat pelago, devenerunt*[21] *ibique habitare coeperunt*[22].

---

[1]) Claud. I, 191 sq. [2]) III, 48 sq. 102 sq. 130 sq. 422 sq. [3]) III, 67 sq. 124 sq. 437. [4]) III, 80 sq. [5]) III, 112 sq. [6]) cf. supra p. 14, 13. [7]) III, 133 sq. [8]) cf. *Additam.* 8. [9]) III, 137 sq. [10]) III, 179 sq. [11]) cf. supra p. 14, 7. [12]) III, 244 sq. [13]) III, 254 sq. de Sirenibus cf. *Additam.* 10. Schrader, Sirenen p. 25. 47 sq. [14]) III, 190. [15]) Dosîth. p. 72 Böck. [16]) Hyg. f. 141. Dos. l. l. [17]) Hyg. l. l. [18]) Dos. l. l. huius mutationls Apollon. Rh. IV, 896 sq. mentionem facit causa non addita. secundum Schol. ad Od. μ, 39 a Venere propter virginitatem servatam mutantur. [19]) Ov. M. V, 552 sq. [Lact.] Narr. fab. V, 9. Myth. Vat. I, 186. II, 101. [20]) Narr. f. et M. Vat. II ll. ll. [21]) Narr. f. M. Vat. I et II ll. ll. nomina Apollinis et Martis hic per errorem permutata esse Foersterus p. 68 n. 4 et p. 289 docet. de situ huius petrae v. Foerster l. l. Forbiger, Geogr. ant. III p. 497. 743. cf. Myth. Vat. III, 11, 9: *primo iuxta Pelorum, post in Caphareis habitaverunt,* ubi haud scio an Caprearum insulae nomen lateat. [22]) M. Vat. II, 101.

Filia amissa acerbissimum Cereri dolorem[1] inustum esse totius antiquitatis in ore atque sermone erat. sed cum omnia testimonia colligere longum sit, paucis electis simus contenti. *Ὀξὺ δέ μιν κραδίην ἄχος ἔλλαβεν, ἀμφὶ δὲ χαίταις Ἀμβροσίαις κρήδεμνα δαΐζετο χερσὶ φίλῃσι*[2], *amictus Conscidit et fractas cum crine revellit aristas*[3], *inornatos laniavit diva capillos*[4] *Et repetita suis percussit pectora palmis*[5], *Mentis inops rapitur, Nec retinet gemitus, miseris loca cuncta querelis Implet*[6], fatum Jovem se ipsam graviter incusat[7], nuptias et nupturas exsecratur[8], quin etiam retinenti lacrimae excidunt[9] aut *ut lacrimae (neque enim lacrimare deorum est) Decidit in tepidos lucida gutta sinus*[10]. *Κυάνεον δὲ κάλυμμα κατ' ἀμφοτέρων βάλετ' ὤμων*[11], *Οὐδέ ποτ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἡδυπότοιο Πάσσατ' ἀκηχεμένη*[12] *οὐδὲ χρόα βάλλετο λουτροῖς*[13]. has poetarum descriptiones pi-

---

1) *πένθος* sive *ἄχος*. inde Cereris cognomen multi interpretantur *Ἀχαιά· παρὰ τὸ ἄχος τῆς Κόρης* (cf. infra p. 31, 11): Didym. in Etym. Gud. (Did. fr. 80 Schm.) Hesych. Suid. Etym. M. s. v. Schol. ad Nicand. Ther. 484. ad Aristoph. Acharn. 708. ad Stob. ecl. phys. p. 1044 Heer. Bekker, Anecd. p. 473. Bachm. Anecd. I p. 174. cf. Hesych. s. v. *Ἀχθεία· ἡ Δημήτηρ μυστικῶς.* Etym. M. s. v. *Δηώ· ὅτι λυπουμένη διὰ τὴν θυγατέρα ἐδαίετο τὴν ψυχήν* (cf. infra p. 29 n. 7. 31, 28). *Ceres orba:* Stat. Theb. XII, 271. *Ceres deserta:* Verg. Aen. II, 714. Serv. et Interpr. Mai ad h. l. De memoria doloris diebus festis servata v. Foerster p. 21. 2) Hom. 40 sq. 3) Claud. III, 149 sq. 4) Ov. M. V, 472. cf. 513. Claud. III, 382. 5) Ov. M. V, 473. cf. Claud. III, 405. 427. 6) Ov. F. IV, 457 sq. 461. 481. cf. infra p. 31, 13. apud Claudianum, dum timore tantum angitur, *Haeserunt lacrimae, nec vox nec spiritus oris Redditur atque imis vibrat timor ossa medullis. Succidui titubant gressus* (III, 151 sq.), itemque calamitate cognita primo *Nec deflet plangitve malum,* sed muto indulget maerori (III, 159 sq.), deinde et Electram (III, 180) et deos (270. cf. infra p. 28, 9) graviter incusat et errans locis omnibus admugit (443), cf. Stat. Theb. XII, 270 sq. et infra p. 31, 22. 7) Claud. III, 410 sq. 8) Serv. ad Aen. IV, 58. 9) Callim. h. in Cer. 18 cf. Claud. supra in n. 6 et III, 311. 442. 10) Ov. F. IV, 521. hinc nefas esse videbatur iuxta Cereris aram sedentem lacrimis indulgere: Eur. Suppl. 289. cf. Clem. Al. Pr. II, 20 = Eus. Pr. ev. II, 3, 31. 11) Hom. 42. 182. 197. 319. 360. 374. 442. Firm. 7, 4: *cum lugubri veste.* hanc ob causam Phigaliae *Δημήτηρ Μέλαινα* nuncupata nigra veste ad terram demissa ficta erat: Paus. VIII, 42, 2. 5, 5 (cf. Foerster §. 24 p. 99 et *Additam.* 28). tali veste induta et velata occurrit in Gorii Mus. Etrusc. I tab. 47. 48 (cf. II p. 126). Burmann ad Dorvillii Sic. p. 452. cf. Foerster §. 36, 8 p. 140. §. 45 p. 248. apud Ovidium (F. IV, 517) *mitra capillos presserat.* cf. Preller, Dem. p. 170 n. 63: *Ein ähnlicher Kopfaufsatz findet sich auch zuweilen auf den plastischen Denkmälern, s. Winkelm. Mon. ined. p. 22. Vgl. auch die Demeter Κιδαρία bei Paus. VIII, 14, 8.* 12) Hom. 49. aliis quoque et cibis et potionibus diu abstinet, ne aquae quidem haustu sitim sedat: Callim in Cer. 12. 16. Ov. F. IV, 534. 547. M. V, 446. Orph. h. XLI (40), 4. Nicand. Alex. 130 c. Schol. Schol. ad Eur. Or. 964. [Lact.] Narr. fab. V, 7. Arnob. V, 25: *nec eam fortuna perpetitur valetudinis meminisse communis.* hanc ob causam festis quibusdam diebus ieiunium servabatur: cf. Foerster p. 24 et 21 c. n. 2, ubi addend: Eudoc. p. 111 extr. Clem. Al. Pr. II, 22 = Eus. Pr. ev. II, 3, 35. Arnob. V, 26. Cf. *Additam.* 29. 13) Hom. 50. Call. in Cer. 12. 16. Firm. 7, 4: *cum sordido squalore.*

ctores quoque et sculptores, ut hanc graecam quasi matrem dolorosam fingerent, imitati sunt[1].

Claudiano teste interea Juppiter per Iridem omnes deos convocaverat, quae Parcae et ipse statuissent[2] docuerat, gravissimis poenis ne quis raptorem divum Cereri prodere auderet sanxerat[3]. itaque ut Ceres *mox lumina torquens Ultro ad caelicolas furiato pectore fertur*[4] et *toto bacchatur Olympo*, nec dignum aut sese aut filiam esse vociferatur, quae scelere tam nefario violetur, et Venerem Minervam Dianam omnes deos graviter increpat: *illae — prohibet sententia patris — Aut reticent aut nosse negant responsaque matri Dant lacrimas.* tum supplex deorum genibus advoluta orat, ut saltem *liceat cognoscere sortem, Hoc tantum liceat certos habuisse dolores.* adspectum solum filiae ut indulgeant matri precatur, non repetituram sese affirmat raptam filiam. neque vero quidquam his precibus efficit, sed indicio non dato *Discedunt omnes*[5].

Desiderio filiae amissae impulsa[6] Ceres eam per totum orbem terrarum investigare constituit. hanc *πλάνην* quoque permultis imaginibus illustratam videmus[7]. in quibus et *Πόθος*[8] et Hora[9] et Iris[10] Cereris comites legibus rationis plasticae definiendi sunt. scriptores enim longe plurimi ei comitem nullum adiungunt. Orphici auctores esse videntur praemisisse Cererem, et qui filiam quaererent et qui suum adventum praenuntiarent[11], secum duxisse solum Iacchum filium parvulum[12]. apud Firmicum[13], Euhemeristarum more fabula in pravum detorta, primo *contra raptorem indignata mater armatam manum ducit*, postea *Triptolemo duce vilico suo* Syracusas contendit. neque vero ex eo, quod Pandione regnante et Ceres et Bacchus in Atticam venisse dicitur[14], concludendum est Bacchum una cum Cerere orbem perlustrasse[15].

---

[1]) Foerster §. 37, 28 p. 159. §. 40, 53 p. 202. §. 45 p. 248 sq. et passim. cf. Clem. Al. Pr. IV, 57: *γνωριεῖ τις τὴν Δηὼ ἀπὸ τῆς συμφορᾶς.* [2]) cf. supra p. 9, 10. [3]) III, 1—66. [4]) cf. *Additam.* 30. [5]) Claud. III, 261—313. [6]) Hom. 201. 304. Eur. Hel. 1306 sq: *πόθῳ.* [7]) Foerster §. 30 p. 118 sq. [8]) equos regens: F. §. 37, 30 p. 165. supervolans: §. 38, 38 p. 182. (39 p. 184). 41 p. 188. p. 298? 45 p. 194. §. 39, 47 p. 197. cf. §. 41, 2 p. 214. 4 p. 216. p. 220. [9]) auriga: §. 37, 32 p. 168. 35 p. 174. §. 38, 36 p. 178. 37 p. 179. 38 p. 182. 39 p. 184. 40 p. 185. p. 298. §. 39, 45 p. 194. 48 p. 199. §. 40, 53 p. 202. 54 p. 205. 55 p. 206. 56 p. 208. 57 p. 210. cf. §. 41, 2 p. 214. 3 p. 215. 4 p. 216. 5 p. 218. p. 220 sq. [10]) §. 36, 8 p. 141. 9—10 p. 142. 11—12 p. 143. 13—14 p. 146. 16 p. 149. 26 p. 155. §. 37, 35 p. 174. §. 38, 36 p. 178. 37 p. 179. 38 p. 182. 39 p. 184. 40 p. 185. 41 p. 188. p. 298? §. 39, 44 p. 191. 45 p. 194. 46 p. 196. 47 p. 197. 48 p. 199. cf. §. 41, 1 p. 212. 2 p. 214. 4 p. 216. p. 220. p. 256? [11]) cf. *Additam.* 31. [12]) cf. *Additam.* 4. [13]) 7, 3. 4. [14]) Apollod. III, 14, 7. Tzetz. ad Chil. in Mus. Rhen. IV, 1 p. 25. [15]) Sic Natal. Com. V, 14 p. 521 *(videtur illud esse argumento quod communia sacrificia apud Eleusinios Baccho et Cereri agebantur).* vana sunt ea quae Prellerus (Dem. p. 288 c. n. 17) de hac re disseruit. neque enim

Secundum hymnum Homericum[1] Ceres *Σεύατο ὥστ' οἰωνὸς ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν* et pedibus postea ad hominum urbes accessit. pedibus aliorum quoque plerorumque scriptorum consensu terras pervagari videtur[2]. apud paucos pedibus initium facit errorum, curru eos continuat[3], apud Firmicum[4] solum nave utitur.

Ita interdiu noctuque[5] quiete nunquam refecta[6] longis agitur erroribus duas faces[7] (Statio[8] teste unam) *ipsa sibi praeferens*[9], quas, cum filiam eodem quo rapta erat die non repperisset, vespere[10] inflammaverat, ut aiunt nonnulli, iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt[11]. secundum Ovidium[12] *geminas pro lampade pinus* integras ab Aetna accendit. multus in hac re narranda rursus est Claudianus[13]: Lucum quen-

---

Nonnus XLVII, 48 de his fabulis coniuncte agit — immo vero Bacchum aetate inferiorem facit quam Cererem — neque ea saltatione, quam commemorat Lucianus (de salt. 40), una eaque mixta, sed duae fabulae aguntur, Maximi autem Tyrii verba (Diss. XXIX, 5 = XIII p. 134 ed. Lugd.) parum potenti sunt argumento. restat Serv. ad Georg. I, 19, de quo v. *Additam.* 32. [1]) 43. cf. 48 στρωφᾶτο. 61 ἤϊξε. [2]) e. g. Callim. in Cer. 10. Stat. Theb. XII, 270 sq. Claud. III, 315 sq. 432. 438. et maria 443. χαμαίπους est in imaginibus ap. Foerst. §. 43, 7 p. 230 et §. 46 p. 251 sq. (§. 30 p. 120?), plerumque autem curru vehitur cf. supra p. 7, 1. [3]) Eur. Hel. 1301. 1310 sq. Arnob. V, 24. 25 *(ire . pervehi)*. Ov. M. 438 sq. (per terras et per maria) coll. 511 (curru ad Jovem se confert). Ov. F. IV, 461 sq. (cursu per Siciliam). 497 sq. (curru *aequoreas sicca pererrat aquas* et in Atticam venit). 561 sq. (inde curru sublata totum orbem et caelum pervehitur Jovemque adit). [4]) 7, 5. [5]) Apollod. I, 5, 1. Ov. M. V, 440 sq. Schol. ad Aristoph. Equ. 785. Zenob. I, 7. cf. Claud. III, 316 sq. 331. 404 sq. Firm. 7, 4: *nocturnis itineribus* Syracusas proficiscitur. [6]) Ov. M. V, 443. Claud. III, 318. cf. *Additam.* 33. [7]) Hom. 48. 61. Cic. in Verr. IV, 48, 106. Apollod. I, 5, 1. Diod. V, 4. Arnob. V, 24. 35. 27 (*sub sole clarissimo cum facibus.* cf. Voss ad h. in Cer. 47: *Brennende Kienfackeln trug sie zur Leuchtung durch die Nächte und die kimmerischen Finsternisse der nördlichen Halbscheibe jenseit der Rhipäen, die von Westen sich hinaufstreckten.*) Serv. ad Aen. IV, 609. Fulgent. Myth. 1, 10. Myth. Vat. II, 94. III, 7, 1. Lact. Inst. div. I, 21, 24. Schol. ad Aristoph. Equ. 785. Zenob. I, 7. Etym. M. s. v. Δηώ· παρὰ τὸ δαίω τὸ καίω, ὅτι μετὰ λαμπάδων ἐζήτει τὴν θυγατέρα (cf. supra p. 27 n. 1 et infra p. 31, 28). Bocat. VIII, 4 p. 202. Nat. Com. V, 14 p. 517. Sic in imaginibus obvia fit ap. Foerst. §. 31 p. 122. §. 37, 28 p. 159? 35 p. 174. §. 38, 41 p. 187. §. 39, 44 p. 191. 45 p. 194. (46 p. 196. 47 p. 197). 48 p. 199. §. 40, 53 p. 202. cf. §. 41, 2 p. 214. 3 p. 215. 4 p. 216. §. 46 p. 250 sq. [8]) Theb. XII, 270. Sic in imaginibus ap. Foerst. §. 36, 8 p. 141. 9—10 p. 142. 11—12 p. 143. 13 p. 146. 14 p. 147. 15 p. 148. 16 p. 149. 18 p. 152. §. 37, 29 p. 164. 30 p. 165. 32 p. 168. 33 p. 171. §. 38, 36 p. 178. 37 p. 179. 38 p. 182. 39 p. 183. 40 p. 185. §. 40, 54 p. 205. 55 p. 206? 56 p. 208. cf. §. 41, 1 p. 212. 2 p. 214. 3 p. 215. §. 43, 7 p. 230. §. 46, p. 250 sq. §. 47 p. 256. omittenda sunt et signa ea et numismata, quae Cererem cum facibus stantem exhibent, cum faces diis chthoniis sint propriae: velut Cic. in Verr. IV, 49, 109. Paus. VIII, 25, (4) 7. 37, (2) 4. Etym. Gud. s. v. Δημήτηρ. Preller, Dem. p. 90. Foerster §. 46 p. 251. [9]) Cic. in Verr. IV, 48, 106. Arnob. V, 24. [10]) Ov. F. IV, 489 sq. Diod. V, 4. [11]) Cic. Stat. Diod. Arn. Lact. Nat. ll. ll. [12]) F. IV, 493. M. V, 442. [13]) III, 330—403.

dam sacrum spoliisque Gigantum insignem — *Inde timor numenque loco, nemorisque senectae Parcitur aetheriisque nefas nocuisse trophaeis*[1] — Ceres ingressa *accenditur ultro Religione loci vibratque infesta securim Ipsum etiam feritura Jovem.* tum pinuum et cedrorum truncis exploratis ingentes duae cupressi magis ei idoneae esse videntur. quas caesas Aetnae *Faucibus iniecit mediis lateque cavernas Texit et undantes flammis obstruxit hiatus* et hoc modo accensis *ignes Semper inocciduos insopitosque manere Jussit.* his facibus terras atque maria longe collustrans[2] (Statio teste Enceladus quoque *rupto vias illuminat igni*) prima nocte errores incohat. quarum taedarum memoriam in mysteriis Cereris celebrandis frequentissimis lampadibus, quas matronae gestantes incedebant, servatam fuisse constat[3].

Paulum mater quaerens progressa *Inde puellaris nacta est vestigia plantae*[4] (a Statio[5] *vestigia nigri Raptoris vastosque legens in Pulvere sulcos* inducitur). itaque *Forsitan illa dies erroris summa fuisset, Si non turbassent signa reperta sues*[6]. hoc porcorum facinus aliis dignum fortasse est visum, quod perpetuis lueretur eorum sacrificiis[7], aliis dignum, cuius memoria imagine nummisque immortalis redderetur[8]. ad haec *signa reperta* Lobeckius[9] auguratur pertinere *ἐνόδια σύμβολα*, quibus Ceres prima usa dicitur. rectius autem Prellerus[10] testimoniorum voluntatem assecutus esse videtur, cum dicat: *Wie sie so suchte und auf allen Wegen spähend umherirrte, ist alles, was ihr begegnete, zur Andeutung geworden, ob sie die Tochter finden werde.* etenim Philochorus *τὰς ἐκ φήμης μαντείας, τουτέστι κληδόνας καὶ πταρμοὺς ἢ φωνὰς ἢ ἀπαντήσεις σύμβολά φησι λέγεσθαι, χρήσασθαι δὲ αὐτοῖς πρώτην Δήμητραν*[11], totum igitur hoc divinationis genus aut sola *τὰ πρῶτα συναντῶντα καὶ ἐξ ἀπαντήσεώς τι προσημαίνοντα*[12] significat, alii

---

[1]) Locum quendam omnibus notum in Aetnae cacumine situm Claudianus significare videtur. [2]) Claud. III, 443 sq. Stat. Theb. XII, 270 sq. [3]) Eur. Ion. 1074 sq. Ov. F. IV, 494. Stat. Silv. IV, 8, 50. Sen. Herc. fur. 306. Schol. ad Soph. O. C. 1049 (1044 Reis.) ad Eur. Phoen. 687. Fulgent. Myth. 1, 10. Claud. I, 11. Myth. Vat. III, 7, 1. Lact. Inst. div. I, 21, 24. Minuc. Fel. 22, 2. Etym. M. s. v. *Δάειρα*. Clem. Al. Pr. II, 12 p. 12 P. = Euseb. Pr. ev. II, 3, 7. Natal. V, 14 p. 517. cf. Aster. Hom. X p. 324 Migne. A. Mommsen, Heortol. p. 260. [4]) Ov. F. IV, 463 sq. cf. Callim. in Cer. 9: *μετέστιχεν ἴχνια κώρας*. [5]) Theb. XII, 272 sq. cf. Claud. III, 44: *sequitur dispersa viarum indicia.* [6]) Ov. l. l. [7]) cf. *Additam.* 20. [8]) Foerster §. 43, 7 p. 231. §. 46 p. 252. [9]) Agl. p. 828. n. a. [10]) Dem. p. 88. [11]) Schol. ad Pind. Ol. XII, 10 et omissis verbis *τουτέστι — ἀπαντήσεις* Hesych. s. v. *ξυμβόλους*. cf. Orph. Arg. 33 sq. Philoch. fr. p. 101 Sieb. Phavorin: *φήμη λόγος ἐστὶ δηλωτικὸς μέλλοντός τινος ἐξ αὐτομάτου λαλούμενος.* Phot. Lex. et Suid. s. v. *σύμβολον*. Suid. s. v. *σύμβολα*. Aristoph. Av. 719 c. Schol. [12]) Schol. ad Aristoph. Av. 721. cf. Suid. s. v. *ξύμβολον* et *Πόλλης*. Eudoc. s. v. *Ἀστρονομία* p. 41. Apostol. XII, 27 et Arsen. XXXVIII, 25.

solam divinationem ex sternutatione[1] ad Cererem inventricem referre videntur. secundum hymnum Homericum[2] *οὔτις ἐτή-τυμα μυθήσασθαι Ἤθελεν* (i. e. non poterat[3]) *οὔτε θεῶν οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων, Οὐδέ οἱ οἰωνῶν τις ἐτήτυμος ἄγγελος ἦλθεν.* sicut enim Isidem dicunt errantem *οὐδένα προσελθεῖν ἀπροσ-αύδητον*[4], ita Ceres omnes, qui obvii ei facti sunt, adiit *Unaque, pastorem vidisset an arva colentem, Vox erat: 'Hac gressus ecqua puella tulit?'*[5] quod ut exquirere posset ex quam plurimis, *μετὰ κυμβάλων καὶ τυμπάνων περιιοῦσα ἡ θεὸς καὶ τούτοις ἠχοῦσα ἐζήτει πρὸς τὸ πάντας ἀκούειν καὶ πυνθάνεσθαι ὅ τι ζητεῖ*[6]. unde et Cereris cognomen *Ἀχαιά*[7] et cymbalorum in eius sacris usus originem fertur duxisse[8]. ipsam quoque Proserpinam mater maximo cum ululatu[9] *per trivia vel quadrivia vocabat clamoribus*[10], *Perque vices modo 'Persephone', modo 'Filia' clamat*[11], quam ob rem saxo cuidam Megaris iuxta prytaneum sito *Ἀνακλήθρα* sive *Ἀνακληθρίς* nomen est inditum[12]. maxima igitur ira exarsit, cum Pantacyas sive Pantagias fluvius Siciliae, qui, *cum plenus incederet, implebat sonitu paene totam Siciliam*, ei obstreperet, offensaque sono silentium ei imposuit[13]. sed tunc quoque frustra erant clamores, *neque Persephone Cererem nec filia matrem Audit et alternis nomen utrumque perit*[14]. *Illius insanis ululatibus ipse remugit Enceladus ruptoque vias illuminat igni. Persephonen amnes silvae freta nubila clamant, Persephonen tantum Stygii tacet aula mariti*[15]. itaque summam ei omnes misericordiam tribuebant: Siculi prae maerore agriculturam neglegebant et sic fame peribant[16]. pastores pariter atque ipsa ululabant[17] neque tamen vanis solatiis luctum eius levare poterant. hinc cognomen eius *Δηώ* originem traxisse multi contendunt, *ὡς ἤκουε συχνὰ ἐκ τῶν παραμυθουμένων τὸ δήεις τουτέστιν εὑρήσεις*[18]. in sacris autem Cereris

---

1) Hesych. Phot. Lex. Suid. s. v. *ξυμβόλους*. Apostol. et Arsen. ll. ll. cum Leutschii not. 2) 44 sq. 3) cf. Baum. ad h. l. et supra p. 28, 10. 4) Plut. de Is. et Os. 14. 5) Ov. F. IV, 487 sq. 6) Schol. ad Pind. Isthm. VI, 3 et not. seq. 7) Schol. ad Nicand. Ther. 484. ad Aristoph. Acharn. 708. Suid. Etym. Gud. et Magn. s. v. *Ἀχαιά*. cf. Bachm. Anecd. I p. 174 s. v. et supra p. 27 n. 1. 8) Apollod. ap. Schol. ad Theocr. II, 36 (fr. 36 Müller, fr. hist. I, 434. Epiphan. adv. haer. III, 10 (II p. 1092 Pet.) et in Philol. XVI p. 355. Schol. ad Pind. Isthm. VI, 3. 9) Schol. Bern. ad Verg. Ecl. III, 27. Bocat. VIII, 4 p. 202. 10) Serv. ad Aen. IV, 609 et ad Ecl. III, 26. Myth. Vat. II, 94. 11) Ov. F. IV, 483 sq. 12) Paus. I, 43, 2. Method. in Etym. M. s. v. 13) Serv. ad Aen. III, 689. Vib. Seq. p. 8, 9 Burs. Bocat. de flum. p. 472. Ovidius (F. IV, 471) nomen solum commemorat. 14) Ov. F. IV, 485 sq. 15) Stat. Theb. XII, 274 sq. 16) Carcin. ap. Diod. V, 5 (fr. 5 Nauck). 17) Schol. Bern. ad Verg. Ecl. III, 27. 18) Eustath. ad Od. λ, 114 p. 1675 et ad Il. ι, 418 p. 760. Etym. Gud. et Eudoc. s. v. *Δημήτηρ* p. 110. Etym. M. s. v. *δήετε* et *Δηώ*. cf. supra p. 27 n. 1 et p. 29 n. 7.

permansit consuetudo, *ut certis diebus per compita a matronis exerceretur ululatus*[1].

Totum terrarum orbem Cererem peragrasse non ii solum scriptores, quos adhuc attulimus et procedente opusculo sumus allaturi, paene omnes memoriae prodiderunt, sed etiam alii permulti, quos colligere longum est, hos errores leviter attigerunt et quasi praetereundo perstrinxerunt, quin etiam proverbium factum erat apud Graecos *ἐπὶ τῶν πολυχρονίῳ ζητήσει χρωμένων· Ἡ Ἀμαία τὴν Ἀζησίαν μετῆλθεν* i. e. Ceres Proserpinam conquisivit[2]. *Quas dea per terras et quas erraverit undas Dicere longa mora est, quaerenti defuit orbis*[3], cum *ἀν᾽ ὑλάεντα νάπη Ποτάμιόν τε χεῖμ᾽ ὑδάτων Βαρύβρομόν τε κῦμ᾽ ἅλιον*[4] vagaretur *ἔστ᾽ ἐπὶ δυθμὰς Ἔς τ᾽ ἐπὶ τὼς μέλανας καὶ ὅπα τὰ χρύσεα μᾶλα* iterum atque iterum eadem loca repetens[5]. in Fastis Ovidius[6] multam operam consumpsit in enumerandis terris, neque vero putandum est eum iusto ordine iter aliquod indicare voluisse, sed satis habuit plura loca memorabilia conferre. extremum autem ei illud est: *Quo feror? immensum est erratas dicere terras. Praeteritus Cereri nullus in orbe locus*[7].

Novem ita dies, ut est in hymno Homerico[8], Ceres frustra vagatur, decimo tandem Hecate[9] obvia facta ei nuntiat Proserpinae clamores tamquam raptae se audivisse, raptorem autem non vidisse, et Solem ut consulat suadere videtur[10]. itaque sine ulla mora Hecate comitante Ceres Solem adit et ut raptorem indicet obsecrat. supplici ille misericordia motus respondet a Jove Proserpinam Plutoni raptori in matrimonium esse datam, rogat ut et luctu et ira abstineat, haud enim indignum generum esse Orcum fratrem eius germanum, dominum inferorum. sic locutus avehitur[11]. Ceres autem multo acriore dolore affecta pariterque ira in Jovem incensa[12] *Νοσφισθεῖσα θεῶν ἀγορὴν καὶ μακρὸν Ὄλυμπον*[13] *Ὤιχετ᾽ ἐπ᾽ ἀνθρώπων*

---

[1]) Serv. ad Aen. IV, 609 et ad Ecl. III, 26. Myth. Vat. II, 94. Lact. ad Stat. Theb. VII, 411. Paus. I, 43, 2. Themist. ap. Stob. flor. 120, 28 (IV p. 107 Mein.) [2]) Didym. ap. Zenob. IV, 20. Plut. Prov. Al. I, 41 (Corp. Paroem. I p. 327). Apostol. II, 54. Arsen. III, 32. Suid s. v. *Ἀζησία.* contra: *Ἀζησία· ἡ Δημήτηρ* Hesych. et Bekker Anecd. p. 348 s. v. [3]) Ov. M. V, 462 sq. [4]) Eur. Hel. 1302 sq. [5]) Callim. in Cer. 10 sq. [6]) F. IV, 467—480. 499—503. 563—572. [7]) v. 573 sq. [8]) v. 47 sq. [9]) De Hecate cf. *Additam.* 5. [10]) cf. Hermann ad v. 58. Flander, de interpol. p. 11. [11]) De memoria Hecates et Solis mysteriis Eleusiniis servata v. Euseb. Pr. ev. III, 12, 4, quem laudat Foersterus p. 20 n. 1. Cf. similem Ovidi narrationem *Additam.* 34. Alios indices raptoris v. *Additam.* 25. [12]) Hom. 91. 468 cf. *ira in deos* 350. 410 et 330. 339. 354. cf. Eur. Hel. 1339. 1343. Apollod. I, 5, 1. plenius atque uberius haec ira in carmine Orphico perscripta fuisse videtur, ut apparet ex initio: *Μῆνιν ἄειδε θεὰ Δημήτερος ἀγλαοκάρπου* ap. Justin. Mart. 17 = fr. XVIII Herm. cf. Clem. Al. Pr. p. 12 et 13 = Euseb. Pr. ev. II, 3, 7 et 3, 16). [13]) Hom. 92. 303. 331. 354. Apollod. I, 5, 1. Zenob. I, 7. Schol. ad Aristoph. Equ. 785.

πόλιας καὶ πίονα ἔργα, Εἶδος ἀμαλδύνουσα πολὺν χρόνον· οὐδέ τις ἀνδρῶν Εἰσορόων γίνωσκε βαθυζώνων τε γυναικῶν[1]. secundum alios anum simulat[2], inferior annis est apud alios, cum nutricis lactantis partibus fungens inducatur[3]. ceterum cum hac Cereris secessione non congruit nota illa fabula, qua Cererem narrant cum aliis diis a Tantalo ad epulas vocatam ob raptae filiae dolorem[4] inconsulto humerum mactati Pelopis comedisse[5], postea autem eburneum humerum ei restituisse[6], cuius fabulae de varietate, ne longius aberret oratio, alio loco erit disserendum.

Labores graves et *mala multiformia*[7], quibus in errando Ceres vexata erat (apud Firmicum[8] fluctibus tempestatibusque iactatur), apud veteres prorsus in proverbii consuetudinem venerunt[9]. atque parva quidem erat ea fortunae iniuria, quod Drepanis falcem suam amisit, unde locus denominatus est[10]. maior autem iniuria, ut dictitabant Arcades, ei filiam quaerenti[11] aut prope Thelpusam urbem Arcadiae ad Ladonem fluvium sitam *ἐν Ὀγκείῳ*[12] aut prope Phigaliam[13] illata est, quam fabulam in Boeotia de Erinnye (i. e. Furia) traditam[14] posteriore tempore Arcades ad Cererem transtulisse videntur,

[1]) Hom. 93 sq. cf. autem 159 et 188. mulieris speciem eam induisse alii quoque scriptores tradunt, velut Apollod. Schol. ad Arist. Zen. ll. ll. Paus. II, 5, (5) 8. apud alios hoc per se intellegitur, quod ni ita fuisset, fieri non potuit quin ab hominibus dea cognosceretur. [2]) Hom. 101. 113. 276. Pamph. ap. Paus. I, 39, 1. Ov. F. IV, 517. cf. Callim. fr. 511 Sch. et Hesych. s. v. *Γραῖα· Δημήτηρ.* [3]) cf. *Additam.* 35. [4]) Schol. ad Pind. Ol. I, 38. Tzetz. ad Lycophr. 152. Natal. VI, 16 p. 633. [5]) Hyg. f. 83. Lycophr. c. Schol. et Tzetz. ad 152. Serv. ad Aen. VI, 603 et ad Georg. III, 7. Nonn. XVIII, 24 sq. Schol. ad Pind. Ol. I, 37 bis. I, 38. 40. Schol. Bern. ad Verg. Georg. III, 7. Myth. Vat. I, 12. II, 102. III, 6, 21. Nonn. ad Greg. inv. I, 4 (II p. 989 Migne, ap. Westerm. *Μυθογ.* App. 57, 1 p. 380). Nicet. ad Greg. or. in s. lum. ap. Unger. ep. crit. p. 25 (Westerm. *Μυθ.* App. 57, 2 p. 380). Eudoc. s. v. *Τάνταλος* p. 391. Natal. Com. VI, 16 p. 633. [6]) Hyg. f. 83. Serv. ad Georg. III, 7. Schol. ad Pind. Ol. I, 40. Myth. Vat. I, 12. ceteri aliter rem narrant. [7]) Arnob. V, 25. Eutecn. Metaphr. Nic. Al. 115 sq: *κακοπάθεια.* [8]) 7, 5. cf. supra p. 29, 5. [9]) Anthol. lat. 103, 7 Riese I p. 105: *homo qui per se molebat* dicitur pati *labores Quos quaerens natam pertulit ipsa Ceres.* [10]) Serv. ad Aen. III, 707. num Ovidius hanc fabulam noverit non apparet ex Fast. IV, 474: *Quique locus curvae nomina falcis habet.* falcem tenens Ceres repraesentata est in gemma ap. Foerst. §. 47, 2 p. 256. [11]) Paus. VIII, 25, (4) 5. 42, 2. Ps. Ptol. Nov. hist. III in Phot. bibl. p. 148 a Bkk. (Westerm. *Μυθ.* p. 186). Schol. ad Anthol. gr. I, 48 p. 90 (ed. Francof. 1600). [12]) Paus. VIII, 25, (3) 4 sq. quem paene ad verbum transscripsit Schol. ad Anth. gr. l. l., id quod hoc uno loco dixisse sufficiat. Natal. III, 10 p. 224. cf. Callim. fr. 207 Bentl. (= 93 Bergk. Anthol.) Lycophr. 1040. *Oncas* urbem Arcadiae dicunt Etym. M. s. v. et Tzetz. et Schol. ad Lycophr. 1225. [13]) Paus. VIII, 42, (2) 1: *ὅσα οἱ ἐν Θελπούσῃ λέγουσι . . . , κατὰ ταὐτά σφισιν οἱ Φιγαλεῖς νομίζουσιν.* hoc quoque hic semel dixisse sit satis. [14]) Fabula Boeotia est haec: *Ποσειδῶν ἐρασθεὶς Ἐριννύος καὶ μεταβαλὼν*

cui cultum tribuentes et ipsi cognomen Erinnyi dabant[1]: Neptunus amore captus[2] Cererem persequitur[3]. quae ut effugiat, in equam se convertit[4] et armentis immixta[5] Onci regis[6] pascitur[3] *καὶ τοὺς ἵππους ἐτάραξε διὰ τὸ ἀθρόον ξένην ἵππον ἐπι-* 5 *στῆναι . ἔφη οὖν ὁ ἱπποφορβός · πόθεν αὕτη ἡ ἐριννύς; ἐντεῦθεν οὖν Ἐριννύς*[7]. nec tamen Neptunum fallit, sed is et ipse in equum mutatus[8] eam comprimit[9]. itaque Ceres indignata *ἐλθοῦσα ἐπὶ τὴν πηγὴν* (Stygis fluvii haud procul a Pheneo siti) *καὶ θεασαμένη τὴν μορφὴν (ἵππου) ἐστύγησέ τε καὶ τὸ* 10 *ὕδωρ μέλαν ἐποίησε*[10]. primum igitur irata erat, postea autem sua specie recepta *τοῦ τε θυμοῦ παύσασθαι καὶ τῷ Λάδωνι ἐθελῆσαί φασιν αὐτὴν λούσασθαι . ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐπικλήσεις τῇ θεῷ γεγόνασι, τοῦ μηνίματος μὲν εἵνεκα Ἐριννύς, ὅτι τὸ θυμῷ χρῆσθαι καλοῦσιν ἐριννύειν οἱ Ἀρκάδες, Λουσία δὲ ἐπὶ* 15 *τῷ λούσασθαι τῷ Λάδωνι*[11]. peperisse autem Cererem memorant aut equum Arionem[12] aut filiam vulgo Heram (*Δέσποιναν*)

τὴν αὐτοῦ φύσιν εἰς ἵππον ἐμίγη κατὰ Βοιωτίαν παρὰ τῇ Τιλφούσᾳ κρήνῃ . ἡ δὲ ἔγκυος γενομένη ἵππον ἐγέννησεν, ὃς διὰ τὸ κρατιστεύειν Ἀρείων ἐκλήθη. sic Cyclici ap. Schol. A. B. D. ad Il. Ψ, 346. Hic fons, *cuius non minus quam Arcadicae urbis in nomine scribendo variatur,* Θέλπουσα Τίλφουσα Τέλφουσα Τέλφουσσα Θάλπουσα (add: *Δέλφουσα Τίφλουσα*), prope Haliartum situs erat. cf. Stoll ad Antim. fr. 26 p. 52. Schol. V. ad Il. l. l: *οἱ δὲ ἐν τῷ κύκλῳ (Ἀρείονα γενεαλογοῦσι) Ποσειδῶνος καὶ Ἐριννύος,* quocum consentit Eustath. ad h. l. p. 1304. idem Schol. V: *ἐν Σικυῶνι γέγονεν ὁ Ἀρείων.* cf. Preller, Dem. p. 150 sq. Welcker, Gr. Götterl. II p. 490 sq. Rosenberg, Erinyen p. 25 sq. [1]) Call. fr. 207 Bentl. Lycophr. 153. 1225. Paus. VIII, 25. Schol. ad Lyc. 1040 et 1225. Tzetz. ad Lyc. 153. 766. 1225. Nat. III, 10. cf. nummum Arcadicum capite Cereris quasi Furiae insignem: Bull. d. J. arch. 1848 p. 136 sq. [2]) Tzetz. ad Lyc. 153. Nat. III, 10 p. 224. [3]) Paus. VIII, 25, (4) 5. Nat. l. l. [4]) Paus. Tzetz. Nat. ll. ll. Ptol. l. l. (v. p. 33 n. 11). cf. Agatharch. de mar. rubr. in Phot. bibl. p. 444 a. Bkk. (p. 11 Huds.) [5]) Paus. Tzetz. Nat. ll. ll. [6]) Paus. l. l. [7]) Tzetz. l. l. [8]) Paus. Nat. ll. ll. Ov. M. VI, 118. [9]) Ov. Paus. Ptol. Nat. ll. ll. et infra p. 34, 15 sq. c. not. [10]) Ptol. l. l. cf. Foerster p. 14 n. 4. [11]) Paus. VIII, 25, (4) 6. (cf. Etym. M. s. v. *ἐριννύειν*). nihil nisi iratam fuisse Cererem significare videntur Apollod. III, 6, 8: *Δημήτηρ εἰκασθεῖσα Ἐριννύϊ κατὰ τὴν συνουσίαν* et Callim. fr. 207 infra p. 35 n. 1, sed v. Rosenberg, Erinyen p. 26. [12]) Apollod. III, 6, 8. Philarg. ad Verg. Georg. III, 122. Lact. ad Stat. Theb. VI, 301 (addens: *humano vestigio dextri pedis*). Tzetz. ad Lyc. 153. 766. Natal. V, 14 p. 514 (sine nomine). verbis Iliadis (Ψ, 346) *ὃς ἐκ θεόφιν γένος ἦεν* et Thebaidis (reliq. p. 64 Leutsch) *Ἀρείονι κυανοχαίτῃ* Arcades suam de Neptuno patre sententiam temere subicere solebant teste Paus. VIII, 25, (5) 8. Antimachus Neptunum quidem Arionis patrem dixisse videtur (ap. Bekk. Anecd. III p. 1187 = fr. 28 Stoll), matrem vero non Cererem dixit sed ipsam terram (ap. Paus. VIII, 25, 9 = fr. 26 St.) Neptunus pater: Stat. Theb. VI, 301 sq. posteriores Arioni parentes Neptunum et Harpyiam (Schol. V. et Eustath. ad Il. Ψ, 346) aut Zephyrum et Harpyiam (Qu. Smyrn. Posth. IV, 569 cf. Stoll ad Antim.

nominatam[1] aut simul Arionem et Heram[2], cuius filiae nomen peculiare nefas erat ad profanos prodere[3]. Phigalenses praeterea fabulabantur Cererem et ira in Neptunum et luctu de Proserpinae raptu commotam veste nigra sumpta in specum in monte Elaio situm se abdidisse. deinde cum omnes terrae 5 fructus corrumperentur[4], ceteris diis Cereris latebras ignorantibus Pana in venando eam vidisse et Jovi indicasse. tum Parcis iussu Jovis deprecantibus et ira et luctu Cererem destitisse[5]. cuius rei in memoriam Phigalenses et antrum illud et simulacrum deae capite equino veste nigra dedicaverant[6]. 10

Per errorem contumelia a Lyciis rusticis teste Ovidio[7] in Latonam sitientem iacta a quibusdam ad Cererem transfertur. velut Servius[8] haec habet: *Nam ut Ovidius dicit, Ceres cum Proserpinam quaereret, ad relevandam sitim accessit ad quendam fontem. tunc eam Lycii rustici a potu prohibere coeperunt,* 15 *et conturbantes pedibus fontem, cum contra eam emitterent turpem naribus sonum, illa irata eos convertit in ranas. quae nunc quoque ad illius soni imitationem coaxant*[9]. hic igitur cum Ovidio et eo discrepat, quod Cererem Latonae locum obtinentem facit, et eo quod de turpi sono fabulatur. Ovidi enim ranae *Litibus* 20 *exercent linguas* et *sub aqua maledicere temptant.*

Lyciis igitur omissis pauci sunt, qui hospitium Cereri errabundae denegent[10], plerique, quos diversis adit locis, tecto ac domo eam invitant, nonnulli insuper de raptore filiae certiorem eam faciunt. quos Ceres variis praemiis remuneratur. 25 videamus proinde hos Cereris hospites:

---

p. 53) dederunt. De imaginibus Cereris cum equo cf. Preller, Dem. p. 379. Bull. d. J. arch. 1848 p. 136 sq. Rosenberg, Erinyen p. 25 n. 1. [1]) Paus. VIII, 42, (2) 1. 37, (6) 9. Natal. V, 14 p. 514. Callim. fr. 207 Bentl: *Τὴν* (i. e. *Δέσποιναν*) *μὲν ὅγ᾽* (i. e. *Ποσειδῶν*) *ἐσπέρμηνεν Ἐριννύϊ Τιλφουσσαίῃ.* hanc Cereris filiam Heram, quae a Proserpina diserte et plane distinguitur, Arcades omnium dearum maxime venerabantur (v. Paus. V, 15, 4. 10. VIII, 10, 10. 27, 6. 35—37. 42. De Proserpina Hera Lebadeensium cf. Welcker, Gr. Götterl. II p. 489). cuius nutricium Anytum unum de Titanibus fuisse tradunt (Paus. VIII, 37, 5). [2]) Paus. VIII, 25, (5), 7, qui addit propter filium equum ibi genitum *Ποσειδῶνα Ἵππιον* Thelpusios apud se ex omnibus Arcadibus primos nuncupatum arbitratos esse. cf. VIII, 37, (7) 10. [3]) Paus. VIII, 25, (5) 7. 37, (6) 9. [4]) cf. *Additam.* 36. [5]) Paus. VIII, 42, (2) 2—3. Natal. V, 6 p. 456 et V, 14 p. 514 (sed hic *Ceres ob equum a se genitum, partim ob iram in Neptunum, partim ob pudorem nigras vestes sumpsit).* Cf. *Additam.* 37. [6]) Paus. VIII, 42, (3) 3 sq. cf. supra p. 27 n. 11. [7]) M. VI, 339 sq. [8]) ad Georg. I, 378. [9]) brevius Schol. Bern. ad h. l: *Modestus ait Lycios pastores, qui Latonae sitienti aquam denegassent, in ranas conversos, et Ovidius ait, Ceres cum Proserpinam quaereret, ad fontem pervenisse et reliqua.* omisso Ovidi nomine Servium omnino sequitur Myth. Vat. II, 95, aliqua ex parte M. Vat. I, 10: hic enim maleficio narrato nominis similitudine in errorem inductus Lycios cum Lynco (cf. *Additam.* 38) confundit, turpem autem illum sonum ad hunc regem transfert, quamquam et Latonae (I, 187) et Lynci (I, 31) fabula ei bene nota est. cf. Foerster p. 84 n. 6 et p. 291. [10]) cf. *Additam.* 39.

Pausania[1] teste *Φενεατῶν ἐστι λόγος . . . ἀφικέσθαι καὶ ἐνταῦθα Δήμητραν πλανωμένην. ὅσοι δὲ Φενεατῶν οἴκῳ τε καὶ ξενίοις ἐδέξαντο αὐτήν, τούτοις τὰ ὄσπρια ἡ θεὸς τὰ ἄλλα, κύαμον δὲ οὐκ ἔδωκέ σφισι*[2]. *κύαμον μὲν οὖν ἐφ᾽ ὅτῳ μὴ καθαρὸν*
5 *εἶναι νομίζουσιν ὄσπριον, ἔστιν ἱερὸς ἐπ᾽ αὐτῷ λόγος. οἱ δὲ τῷ Φενεατῶν λόγῳ δεξάμενοι τὴν θεόν, Τρισαύλης καὶ Δαμιθάλης, ἐποιήσαντο μὲν Δήμητρος ναὸν Θεσμίας ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Κυλλήνῃ, κατεστήσαντο δὲ αὐτῇ καὶ τελετὴν ἥντινα καὶ νῦν ἄγουσιν*[3]. praeterea Pheneatae Cereri descensus locum commonstraverunt,
10 quibus dea *ἄλλα τε ἀγαθὰ ἐχαρίσατο καὶ μηδέποτε ὑπεριδεῖν ἑκατὸν ἄνδρας Φενεατῶν ἐν πολέμῳ πεσεῖν*[4].

Aegialeam (i. e. Sicyonem[5]) cum peregrinae ornatu venisset, regis Plemnaei miserita, cuius omnes qui nascebantur liberi primo vagitu animam edebant, Orthopolin filium educasse
15 dicitur[6], pro quo beneficio gratiam ut referret, Plemnaeus templum ei dedicavit[7]. ibidem forte erat *καταβάσιον εἰς Ἅιδου, ἐς ὃ ἀπελθοῦσα ἡ Δημήτηρ ἔμαθε παρὰ τῶν περιοίκων περὶ τῆς Κόρης, καὶ ἐδωρήσατο αὐτοῖς ἄφεσιν τοῦ πορθμηίου*[8], ita ut gratuitum Acherontis traiectum haberent. eadem hac im-
20 munitate Hermionenses gloriabantur[9], neque tamen ullum exstat testimonium, quo a Cerere hoc donum eos accepisse confirmetur. hoc solum memoriae proditum est eam ab Hermionensibus de filia a Plutone rapta certiorem esse factam ideoque ira in deos incensam caelo secessisse[10]. templum Cereris Hermionenses
25 ipsi aedificatum memorabant a Clymeno Phoronei filio eiusque a sorore Chthonia, qui Argis ad se venissent[11]. at Argivi Chthoniae patrem Colontan fuisse contendebant. nam cum Ceres agri sui fines intrasset, *Κολόνταν οὔτε οἴκῳ δέξασθαι τὴν θεὸν οὔτε ἀπονεῖμαί τι ἄλλο ἐς τιμήν. ταῦτα δὲ οὐ κατὰ*
30 *γνώμην Χθονίᾳ τῇ θυγατρὶ ποιεῖν αὐτόν. Κολόνταν μὲν οὖν φασιν ἀντὶ τούτων συγκαταπρησθῆναι τῇ οἰκίᾳ, Χθονίαν δὲ κομισθεῖσαν ἐς Ἑρμιόνα ὑπὸ Δήμητρος Ἑρμιονεῦσι ποιῆσαι τὸ ἱερόν*[12]. alios vero Argivos hospitio Cererem suscepisse: primum Atheram[12], deinde Mysium[13], a quo et prope Argos in

---

[1]) VIII, 15, (1) 3 sq. [2]) hinc hausit Natal. Com. V, 14 p. 519. cf. *Additam.* 40. [3]) Aliter de mysteriis institutis Paus. VIII, 14, (8) 12. cf. 15, 1 sq. [4]) Conon. narr. 15 ap. Westerm. *Μυθ.* p. 130. cf. supra p. 23, 22 et *Additam.* 25. [5]) cf. supra p. 23, 21. [6]) Paus. II, 5, (5) 8. cf. infra *Additam.* 41. [7]) Paus. II, 11, (2) 2. [8]) Suid. s. v. *πορθμήιον* Callimachi testimonium proferens, quod fragmentum auctius legitur in Etym. M. s. v. *δανάκης* et ap. Natal. III, 4 (fr. 10 Bentl. = Hecal. fr. 6 p. 185 Schn.) cf. supra p. 23, 21 et *Additam.* 25. [9]) Strab. VIII, 6, 12 p. 373. Eustath, ad Il. *B*, 560 p. 217. [10]) Apollod. I, 5, 1. Schol. ad. Aristoph. Equ. 785. Zenob. I, 7. cf. supra p. 32, 31. de indicibus cf. supra p. 23, 16 et *Additam.* 25. [11]) Paus. II, 35, (3) 4. (5) 9. Carem, alterum Phoronei filium, Megaris primum Cereris templa, *μέγαρα* appellata, erexisse tradunt. hinc urbem Megara, arcem Cariam denominatam esse: Paus. I, 39, (4) 5. (5) 6. 40, (5) 6. Steph. Byz. s. v. *Καρία.* cf. Foerster p. 4 c. n. 3. [12]) Paus. II, 35, (3) 4. [13]) ibid. et II, 18,

vico, cui Mysia nomen, *Δήμητρος Μυσίας ἱερόν* nomen traxisset[1] et prope Pellenen Cereris Mysiae templum dedicatum esset[2], denique Argis Pelasgum. ibi ex Chrysanthide Cererem de Proserpinae raptu cognovisse[3] et Pelasgum fanum *Δήμητρος Πελασγίδος* dedicasse[4]. quibus ut gratiam referret, Cererem munera quaedam largitam esse ex eo apparere videtur, quod Argivi *δῶρα παρὰ θεῶν φασιν ἔχειν*[3].

Praeter eos quos diximus Cabarnus, a quo Paros insula Cabarnis est vocata, Cereri raptum filiae indicavisse fertur[5]. quem ut digno praemio remuneraretur, Ceres Cabarnos i. e. Parios sacerdotes suos instituisse videtur[6].

De Hennensibus et de Pandaro indice mendaci v. supra p. 23, 7 sq. pergit Firmicus: *Persuasum est mulieri, quae, quoniam quolibet genere vivere filiam cupiebat audire, infinitis donis remunerat civitatem. Syracusani liberalitate mulieris provocati raptum virginis consecrant et mitigantes dolorem matris pompam miseri funeris excolunt honore templorum.*

In insula Coo Eurypylus rex et Clytia uxor hospitio Cererem ad se domum recepisse traduntur[7].

De Cabiris, quorum civitas quondam haud longe a Thebis fuisse dicitur, Pausanias[8] haec scribit: Thebani affirmant *Προμηθεῖ ἑνὶ τῶν Καβείρων καὶ Αἰτναίῳ τῷ Προμηθέως ἀφικομένην Δήμητρα ἐς γνῶσιν παρακαταθέσθαι σφίσιν. ἥτις μὲν δὴ ἦν ἡ παρακαταθήκη καὶ τὰ ἐς αὐτὴν γινόμενα οὐκ ἐφαίνετο ὅσιόν μοι γράφειν. Δήμητρος δ' οὖν Καβείροις δῶρόν ἐστιν ἡ τελετή.* paulo antea legimus *οἵτινες δέ εἰσιν οἱ Κάβειροι καὶ ὁποῖά ἐστιν αὐτοῖς καὶ τῇ μητρὶ τὰ δρώμενα, σιωπὴν ἄγοντι ὑπὲρ αὐτῶν συγγνώμη παρὰ ἀνδρῶν φιληκόων ἔστω μοι.* hoc igitur ne in vulgus efferat religio impedit.

Atticis, ut Orphici poetae finxisse videntur[9], praenuntiatum erat Cererem, ut filiam ibi quoque quaereret, venturam esse, sed illi fide non tributa nuntium Phrygem (*τὸν Φρύγα τὸν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν*) ut insanientem in barathrum praecipitaverant. *ἡ δὲ θεὸς ὀργισθεῖσα ἀκαρπίαν ἔπεμψε τῇ χώρᾳ. καὶ γνόντες τὴν αἰτίαν διὰ χρησμοῦ τὸ μὲν χάσμα κατέχωσαν, τὴν δὲ θεὸν θυσίαις ἵλαον ἐποίησαν*[10]. venerat autem in Atticam Ceres, ut tradunt quidam Cretensi scilicet fabula nisi, Creta

3 et VII, 27, (3) 9. [1]) ib. II, 18, 3. [2]) ib. VII, 27, (3) 9. [3]) ib. I, 14, 2. cf. *Additam.* 25. [4]) ib. II, 22, (2) 1. [5]) Nicanor ap. Steph. Byz. s. v. *Πάρος*. cf. Foerster p. 63 et *Additam.* 25. [6]) Antim. ap. Suid. et Phot. s. v. *ὀργεῶνες* (fr. 57 Stoll = fr. 2 Bergk): *Ἔνθα Καβάρνους θῆκεν ἀγακλέας ὀργειῶνας.* cf. Hesych. s. v. *Κάβαρνοι· οἱ τῆς Δήμητρος ἱερεῖς, ὡς Πάριοι.* [7]) Schol. ad Theocr. VII, 3 sq. [8]) IX, 25, 6. [9]) Foerster p. 44 n. 2. [10]) Schol. ad Aristoph. Plut. 431. Suid. s. v. *βάραθρον* (cf. rem aliter narratam ap. Suid. et Phot. s. v. *Μητραγύρτης*. Apostol. XI, 34. Arsen. XXXV, 56). Cf. *Additam.* 36.

insula modo relicta[1]. postea cum Laciadarum demum Atticum esset ingressa, a Phytalo hospitio accepta esse et fici stirpe donata gratiam ei rettulisse dicitur, cui rei, ut ait Pausanias[2], testimonio sunt versus in Phytali sepulcro inscripti. De Icaro hospite v. infra p. 41, 15 sq.

In Attica[3] haec quoque res Cereri errabundae accidisse fertur: Aestuoso quodam die[4] defessa labore[5] sitique cruciata ad casam anus cuiusdam devenit[6], cui nomen erat Misme[4]. fores postquam pulsavit, anus prodiit[5] tectoque eam excepit[3]. hanc igitur dea oravit, ut aquam sibi porrigeret[7] *ad colluendum ieiunium*[8]. *quae cum polentatam ei potionem dedisset*[9] *et illa avidius biberet*[6], *puer quidam eiusdem casae Stelles*[10] (sive Mismes filius Ascalabus[3]), *duri puer oris et audax*[7], *Constitit ante deam*[5] *risitque*[11] *avidamque vocavit*[7] καὶ αὖτις ἐκέλευεν ὀρέγειν αὐτῇ λέβητα βαθὺν ἢ πιθάκνην[3]. tum dea offensa reliquam potionis partem in eum effudit[6] *in malis*[12] *fecitque ut in stellionem converteretur* variis guttis stillatum[6]. *Mirantem flentemque et tangere monstra parantem Fugit anum latebramque petit*[5] καί ἐστιν αὐτῷ δίαιτα παρ' ὀχετόν. καὶ ὑπὸ θεῶν καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων μεμίσηται. ὁ δ' ἀποκτείνας κεχαρισμένος γίνεται Δήμητρι[3]. haec quoque fabula ab aliis scriptoribus variata[13], quae ex similitudine nominum Ascalabi et Ascalaphi orta esse videtur, fortasse regioni Eleusiniae attribuenda est, cum pleraeque res eae, quas in Attica gestas iam sumus narraturi, ad Eleusinem spectent. etsi enim et Celeus[14] et Triptolemus[15] paucis locis Athenienses vocantur et ab Atheniensibus Ceres hospitio suscepta esse frugesque iis attulisse[16] a paucis traditur, tamen Athenarum nomen hic non propria et principali significatione statuendum est, immo vero tota terra Attica, proprie Eleusis significatur[17].

---

[1]) Diod. V, 77. Etym. Gud. s. v. Ἐλευσίς. cf. Foerster p. 4 n. 15. p. 65. infra p. 44, 12. [2]) I, 37, 2, quem sequitur Nat. Com. V, 14 p. 518. [3]) Nicand. ap. Antonin. Lib. 24 (Westerm. Μυθ. p. 224) = fr. 56 p. 63 Sch. [4]) Nic. l. l. [Lact.] Narr. fab. V, 7. [5]) Ov. M. V, 446 sq. [6]) Nic. Ov. Narr. ll. ll. [7]) Ov. Narr. ll. ll. [8]) Narr. l. l. cf. Ov. V, 446: *oraque nulli Colluerant fontes.* cf. *Additam.* 29. [9]) Narr. l. l. Nic. l. l: ὕδωρ ἐμβαλοῦσα γλήχωνα καὶ ἄλφιτον εἰς αὐτό. Ov. l. l: *Dulce dedit, tosta quod texerat ante polenta* et mox: *cum liquido . . . mixta polenta.* [10]) Narr. l. l. cf. Ov. V, 461. [11]) Nic. Ov. ll. ll. [12]) Narr. l. l. cf. Ov. V, 455. [13]) cf. *Additam.* 42. [14]) cf. Hesych. s. v. Κελεός · ἥρως Ἀθηναῖος. Myth. Vat. II, 96. alii. [15]) velut Ov. M. V, 645. 652. [16]) cf. infra p. 39 n. 1. *Additam.* 43. [17]) Sic probante Prellero (Dem. p. 309) haud scio an intellegendus sit Erechthei πάτριος ὕμνος ap. Nonnum XIX, 80 ὅτι ζαθέαις ἐν Ἀθήναις Καὶ Κελεὸς ξείνισσε βίον παμμήτορα Δηώ. at obstat XIII, 185: οἵ τε πόλιν Κελεοῖο καὶ οἳ λάχον ὅρμον Ἀθήνης, ubi πόλιν Κελεοῖο non licet interpretari *Eleusinem*, cum v. 188 sequatur: οἵ τ' ἔχον ἀγλαόπαιδος Ἐλευσινίην χθόνα Δηοῦς. cum autem Eleusinii v. 190

Hic enim locus a Cereris adventu (ἔλευσις) nomen accepisse dicitur[1]. aliis Eleusis, (Eleusius, Eleusinus), aut Triptolemi[2] aut Celei pater[3], ἥρως ἐπώνυμος nominis auctor fuisse videtur. hac occasione data eorum Eleusiniorum, quorum nomina huic fabulae legimus inserta, genealogiam breviter pertractemus[4], quam multimodis a scriptoribus variatam eo minus miramur, quoniam Ἐλευσίνιοι ἀρχαῖοι τῶν λόγων ἅτε οὐ προσόντων σφίσι γενεῶν ἄλλα τε πλάσασθαι δεδώκασι καὶ μάλιστα ἐς τὰ γένη τῶν ἡρώων[5].

Celeum igitur alii Eleusinis[3] alii Rari filium[6] fuisse memoriae prodiderunt. (de Raro Triptolemi patre v. infra p. 41, 21). fratrem eius Dysaulen fuisse Phliasii Pausaniae persuadere non potuerunt[7]. (Triptolemi num frater sit habitus v. infra p. 41, 10 sq.) uxor Celei longe plurimis scriptoribus est Metanira[8], quae perperam a quibusdam appellata est Meganira[9], multo rarius uxores occurrunt aut Neaera aut Hiona aut Polymnia Musa, de quibus v. infra p. 41, 1. liberi Celeo ex Metanira nati in hymno Homerico, qualem hodie eum legimus, recensentur Demophon[10] eiusque sorores Τέσσαρες, ὥστε θεαί, κουρήϊον ἄνθος ἔχουσαι, Καλλιδίκη καὶ Κλεισιδίκη Δημώ τ'

---

dicantur Τριπτολέμου γεγαῶτες ἀφ' αἵματος, Celeus quoque Triptolemi pater (XIX, 81 sq. XLVII, 48 sq.) Eleusinius videtur esse putandus. itaque versuum 185 et 190 discrepantia facili mutatione solvi potest, si v. 185 scribamus πόλιν Κεφάλοιο, sive hanc urbem Athenas (Cephalum enim Nonnus XLVIII, 680 dicit ἀμήτορος ἀστὸν Ἀθήνης) sive vicum Cephalas in demo Attico Thorico situm (Paus. I, 31, 1. Aristoph. Av. 476. Inscr. in Bull. d. J. arch. 1841 p. 19) interpretari malumus: ὅρμος Ἀθήνης igitur aut sit Piraeeus aut ipsa urbs Athenae. de nominibus Celei et Cephali in mss. lat. inter se confusis cf. Preller, Dem. p. 309. 310 c. n. 71 et infra p. 41, 9. de Cephali fabula cf. Preller Myth. [3] II p. 95 sq.

[1]) Aristid. Eleus. I p. 416 Ddf. Firm. 7, 5. Nonn. ad Greg. XXXIX, 2 (II p. 1066 Migne). Etym. Gud. et M. s. v. Ἐλευσίς. Eudoc. s. v. Περσεφόνη p. 336. (aliter Cornut. 28: Δημ. Ἐλευσινία, ἀπὸ τῆς αὐτόθι πρῶτον ἐλεύσεως γενομένης τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀνθρώπινον ὄντως βίον). praeterea in Atticam et Eleusinem Cererem venisse hospitum nominibus omissis tradunt Isocr. Paneg. 6, 28. Diod. I, 29. V, 4. Himer. II, 5. Philostr. Ep. 39 p. 330 W. cf. *Additam.* 43. [2]) cf. infra p. 41, 5. [3]) Hom. 105. cf. Liban. IV p. 367 Rsk. [4]) cf. O. Müller, Eleusinien §. 2 sq. [5]) Paus. I, 38, 7. [6]) Suid. s. v. Ῥαριάς (spiritu leni scribendum, cf. Schol. ad Il. *I*, 56. cf. Ῥάριον πεδίον *Additam.* 44. [7]) II, 14, 2 sq. cf. 12, (5) 4. infra p. 41, 25. [8]) Hom. 161. 206. 212. 234. 243. 255. Pamph. ap. Paus. I, 39, 1. Nicand. Ther. 487 c. Schol. Apollod. I, 5, 1. Ov. F. IV, 539. Athenag. XII, 5. Diomed. III, 5, 10. Aristid. Eleus. p. 417 Ddf. Nonn. XIX, 81 sq. XXVII, 285. XLVII, 48 sq. Schol. ad Hephaest. III p. 169 G. Eutecn. Metaphr. Nic. Al. 115 sq. (cf. Ther. 484). Eustath. ad Od. λ, 277 p. 1684. Arsen. XXXI, 38 (Corp. Paroem. II p. 461 L.) Eudoc. s. v. Δημήτηρ p. 109. Tzetz. ad Hes. Opp. 32. Nat. III, 16 p. 249. Eleusine Metanirae sacellum erat dedicatum: Paus. I, 39, 2. Cf. infra p. 40, 19. [9]) velut Diom. et Nat. ll. ll. cf. codd. Paus. I, 39. [10]) Hom. 234. 248. cf. Hesych. s. v. Βαλλητύς.

ἐρόεσσα Καλλιθόη θ,᾿ ἣ τῶν προγενεστάτη ἦεν ἁπασῶν[1]. sed ex tribus his versibus allatis et primum et tertium interpolatori tribuendos, tres igitur tantum Celei filias a primo poeta commemoratas esse viri docti firmissimis argumentis iam pridem
5 probaverunt[2]. Triptolemum posteriores demum scriptores Demophonti aut fratrem maiorem adiunxerunt[3] aut plane unicum Celei filium substituerunt[4]. Pamphos quo nomine Celei et Metanirae filium apellaverit, e Pausaniae[5] verbis non apparet, hoc solum constat filiarum nomina apud eum fuisse Διογένειαν
10 καὶ Παμμερόπην καὶ τρίτην Σαισάραν[6]. itaque Pausanias, cum eadem et ab Homero et a Pampho nomina Celei filiabus indita esse dicat, memoria lapsus esse videtur. Jamben, alias Celei ancillam, unus Marius Plotius[7] ad filiae extulit gradum. unam filiam eamque parvam Ovidius[8] Celeo et Metanirae rusticis[9]
15 dedit sororem parvuli Triptolemi[10]. unum, qui in stellionem a Cerere convertitur, Nicander[11] commemorat Celei et Metanirae filium, cui Ambanti nomen fuisse tradunt Scholiastae[12], et huic quoque Triptolemum fratrem minorem a Scholiasta quodam additum videmus. neque vero Celeo soli Metanira
20 uxor obtigit, sed Hippothoonti[13] quoque, qui filius erat Neptuni et Alopes, filiae Cercyonis[14]. adversatur autem Eutecnius[15], cum Tyro coniux Hippothoontis fuisse dicatur. satis multa de his, nunc Triptolemi genealogiam videamus.

Triptolemum, vel Demophontis[16] vel Ambantis[17] vel soro-
25 ris parvae[18] fratrem, Metaniram uxorem Celeo enixam esse iam supra cognovimus. longe autem plurima testimonia unicum his parentibus filium Triptolemum constituere videntur[19].

---

1) Hom. 108 sq. cf. 146. 284 sq. 2) cf. Foerster p. 33 n. 3. Flander de interp. p. 9. 3) Apollod. I, 5, 1. 4) cf. infra p. 40, 26. 5) I, 39, 1. 6) I, 38, 3 (cf. 39, 1). Celei filiae nominibus omissis praeterea commemorantur a Phot. s. v. Κελεός et a Suid. s. v. Εὔμολπος et a Clem. Al. Pr. I p. 39 qui Celeum ait cum filiabus Eleusine monumentis esse honoratum. Saesaram, a qua Eleusini antea Σαισαρία nomen fuisse dicitur (Hesych. s. v.), Scambonidarum gens contendit nupsisse Croconi (Paus. I, 38, 2), fratri Coeronis (Harpocrat. s. v. Κοιρωνίδαι), quos fratres alii narrant fuisse filios Triptolemi (Anecd. Bekk. p. 273). De Crocone v. O. Müller, Eleus. §. 7 p. 255. 7) I, 8 (Gaisf. Script. rei metr. p. 244). 8) F. IV, 511. 544, quem parum accurate exscripsit Boc. VIII, 4 p. 202. 9) Ov. F. IV, 507 sq. fortasse Verg. Georg. I, 165 (aliter Schol. Bern. ad h. l.) Nonn. XLVII, 50. cf. Preller, Myth.[2] p. 604 n. 1. 10) F. IV, 550. cf. 512. 529. 11) Ther. 484 sq. 12) Schol. ad h. l. Nat. V, 14 p. 518 *(Abas)*. 13) Schol. ad Nic. Al. 130. ad Eur. Or. 964. Nat. III, 16 p. 249. 14) Paus. I, 5, 2. 39, 3. Schol. ad Nic. l. l. Nat. l. l. *Alopes* fil: [Dem.] ἐπιτάφ. 31. Ad viam sacram Hippothoontis ἡρῷον situm erat: Paus. I, 38, 4. De Cercyone v. O. Müller, Eleus. §. 7 p. 254 Cf. infra p. 41, 20. 15) Metaphr. Nic. Al. 115 sq. 16) cf. supra p. 40, 5. 17) cf. p. 40, 17. 18) cf. p. 40, 15. 19) Aristid. Eleus. p. 417 Ddf. Nonn. XIX, 81 sq. XXVII, 285. XLVII, 48 sq. Eudoc. s. v. Δημήτηρ p. 109. Tzetz. ad Hes. Opp. 32. *Metanirae* filius nomine patris omisso: Eutecn. ad Nic. Ther. 484. *Celei* filius nomine matris

Metanirae matris locum raro aliae Celei uxores obtinent, aut Neaera[1] aut Hiona[2] aut Polymnia Musa[3]. sed secundum alios ex Polymnia Chemarrus Martis filius Triptolemum genuisse fertur[4]. Hyonam (sic!) autem Triptolemi matrem alii coniugem Eleusii regis[5] fuisse memoriae produnt. verum sicut patris Eleusii Eleusini[6] Eleusinis[5] nomen variatur, ita matris Hionae Hyonae Cyntiniae[7] Cothoneae[8] nomen ex una forma corruptum videtur[9], eandemque iniuriam apud eosdem scriptores Celei[10] nomen passum est, quod modo *Cepheus*[11] modo *Cephalus*[7] scriptum est. ab his autem Celeum Triptolemi fratrem esse habitum[12] scriptorum verbis confirmari non potest. nulla necessitudine cum Celeo coniunctus Triptolemus occurrit in hymno Homerico[13], ubi inter principes Eleusinios enumeratur, et apud Philochorum[14], qui coaevos eos fuisse dicit. Servium, vel qui eius nomine abutitur, cum Icari filium Triptolemum fuisse dicat[15], memoria lapsum esse arbitror, Bacchi hospite Icario cum hospite Cereris Celeo vel Eleusino vel Raro confuso, nisi forte culpa est librarii *Icari* pro *Rari* scribentis. de Deïope matre v. infra p. 42, 23. Choerilus Atheniensis auctor erat Triptolemum et Cercyonem fratres fuisse ex Amphictyonis filia (Alope) natos, et Triptolemo Rarum, Cercyoni Neptunum patrem fuisse[16]. at in iis quae sub Musaei nomine ferebantur carminibus Triptolemus Oceani et Terrae filius proditus est, quam originem Pherecydes quoque admisit[17]. Orphica vero poësi Dysaules, quem Phliasii contendebant fuisse Celei fratrem

---

omisso: Paus. I, 14, 2. Serv. ad Georg. I, 163. Philarg. ad Georg. I, 165. Schol. Bern. ad Georg I, 19. Myth. Vat. I, 8. Schol. ad Aristoph. Ach. 47. ad Aristid. Pan. 105, 11. 12 (cf. ad 91, 4). ad Callim, in Cer. 22. Suid. s. v. Ῥαριάς. Etym. M. s. v. Ἀρόη. Add: Lucian. de salt. 40. Liban. IV p. 361. 367 Rsk. Eunap. Vit. Prohaer. p. 492 Boiss. Gregor. Naz. XXXIX, 4 p. 337. V, 31 p. 704 Migne. Nonn. ad Greg. inv. I, 67 (II p. 1020 M. = Westerm. Μυθ. App. 21 p. 367). I, 68 ad XXXIX, 2 (II p. 1066 Migne). Eudoc. s. v. γεωργία p. 96. s. v. Τριπτόλεμος p. 397. s. v. Περσεφόνη p. 336. [1]) Marm. Par. (24) 12 (Müller fr. hist. I p. 544), fortasse marmorarii culpa pro *Metanira*. [2]) Myth. Vat. II, 96 (aliter 97). [3]) Tzetz. ad Hes. Opp. 1 p. 25 G. omisso patris nomine: Tzetz. ibid. p. 28. Apollod. ap. Schol. ad Eur. Rhes. 347. Schol. ad Il. *K*, 435 et Eustath. ad Il. *K*, 439 p. 817. [4]) Tzetz. l. l. p. 25. [5]) Lact. ap. Bocat. VIII, 4 p. 202 et ap. Natal. V, 14 p. 516. *Eleusius* pater: Myth. Vat. II, 97. Philoch. ap. Boc. VIII, 4 p. 203. *Eleusis* pater: Panyas. ap. Apollod. I, 5, 2. [6]) Hyg. f. 147. Serv. ad Georg. I, 19. Lact. ad Stat. Theb. II, 382. cf. ad XII, 628. [7]) Serv. l. l. [8]) Hyg. Lact. ll. ll. [9]) cf. Foerster p. 69 n. 4, cui, si emendatione opus sit nominis *Cothoneae*, *Cyceoniae* nomen maxime videtur probabile. [10]) Hyg. l. l. [11]) Lact. ad Stat. Theb. II, 382 et ap. Bocat. VIII, 4 p. 202. Myth. Vat. II, 99. [12]) Voss ad h. in Cer. 153. 265. cf. *Additam.* 45. [13]) 153. 474. (477). [14]) ap. Euseb. Chron. I p. 30 et Χρον. καν. p. 116 Scaliger. Thes. [15]) ad Georg. I, 19. [16]) Paus. I, 14, (2) 3. *Rarus* pater: Hesych. et Phot. s. v. *Triptolemus et Cercyon* fratres: Natal. Com. V, 14 p. 516. Cf. supra p. 40, 21. [17]) Mus. ap. Paus. et Nat. ll. ll. Pherecyd. ap. Apollod. I, 5, 2 (fr. 12 Müller fr. hist. I p. 72).

et Celeas condidisse et mysteria docuisse[1], pater Eubulei et Triptolemi factus est[2]. ad hanc commemorationem cum accedat, quod Baubo uxor Dysaulis, Protonoe et Nisa filiae fuisse traduntur[3], concludere licet Clementem Alex.[4], cum indigenas Eleusinios enumeret, quibus nomina fuerint *Βαυβὼ καὶ Δυσαύλης καὶ Τριπτόλεμος, ἔτι δὲ Εὔμολπός τε καὶ Εὐβουλεύς. βουκόλος ὁ Τριπτόλεμος ἦν, ποιμὴν δὲ ὁ Εὔμολπος, συβώτης δὲ ὁ Εὐβουλεύς*, parentes et tres filios significare, e quibus Eubulum (sic!) Dysaules multo ante, quam Proserpina rapta est, ex ipsa Cerere genuisse videtur[5]. longe aliter Argivi narrabant post Cereris errores Trochilum sacrorum antistitem Argis pulsum in Atticam confugisse et uxore Eleusinia in matrimonium ducta filios Eubuleum et Triptolemum genuisse[6]. Eumolpus vero, quem modo pastorem cognovimus, in hymno Homerico una cum Diocle[7] et Polyxeno[8] et Dolicho[9] inter principes Eleusinios recensetur[10]. e quibus praeter ceteros contigit Eumolpo ut posterioribus temporibus celebraretur. sed haec alia quaestio[11], hoc tantum dico Pausaniam[12] novisse Eumolpum unum principem Eleusinium in hoc hymno commemoratum eundemque Thracem belli adversus Erechtheum auctorem et mysteriorum conditorem, ab aliis autem tres distingui Eumolpos, e quibus unus traditur filius Musaei et Deïopes filiae Triptolemi[13]. alii Deïopen matrem Triptolemi[14] fuisse existimaverunt. filii Triptolemi commemorantur Coeron et Crocon[15] et Dulichius[16].

---

[1]) Paus. II, 14, 2 cf. 12, (5) 4. [2]) Paus. I, 14, (2) 3. Nat. l. l. [3]) Asclepiad. ap. Harpocrat. s. v. *Δυσαύλης* (fr. 3 Müller l. l. II p. 339). Suid. s. v. *Δυσαύλης*. cf. s. v. *Νῆσσα*. cf. Foerster p. 44 n. 4. [4]) Pr. II, 20 p. 17 P. = Euseb. Pr. ev. II, 3, 32. Arnob. V, 25. cf. O. Müller, Eleus. §. 3 p. 245. [5]) Orph. h. XLI (40), 6 sq. Eubuli igitur nutrix ut Baubo vocetur fieri potest (fortasse hinc Hesych. s. v. *Βαυβώ· τιθήνη Δήμητρος*. sed cf. infra p. 46 n. 3.). errare vero eos, qui Jacchum Baubus fuisse aut filium aut alumnum putent, Foersterus (p. 283 sq. praec. p. 268) optime demonstrat. pro Dysaule quidam Celeo e communi fabula substituto illi Cererem priore quodam tempore *ἀθέσμως* corporis sui copiam fecisse effinxerunt: Schol. ad Aristid. Pan. 105, 11. fortasse eodem spectat Gregor. Naz. XXXIX, 4 p. 337 Migne: *τὰ μὲν ποιεῖ, τὰ δὲ πάσχει*, quamquam Nonn. ad h. l. (hist. 2. II p. 1066 M.): *διὰ τὸ καὶ τὴν Δήμητραν παθεῖν εὖ ἐν τῷ ἀκοῦσαι περὶ τῆς θυγατρὸς καὶ λῆξαι τῆς πλάνης*. cf. Ps. Dion. or. Corinth. XXXVII (II p. 302 Ddf.) Lobeck, Agl. p. 824 sq. Foerster p. 287 sq. [6]) Paus. I, 14, 2. [7]) v. 153. 474. (477). fortasse idem qui Diocles Megarensis, quem Theseus circumvenit (Plut. Thes. 10). cf. Lobeck, Agl. p. 212 n. l. [8]) v. 154. (477). [9]) v. 155. cf. infra p. 42, 24. [10]) v. 154. 475. [11]) cf. Lobeck l. l. p. 213. O. Müller, Eleus. §. 4 p. 247 sq. [12]) I, 38, (3) 2 sq. [13]) Ister ap. Schol. ad Soph. O. C. 1053 (1049 R.) = fr. 21 Müller fr. hist. I p. 421. Phot. s. v. *Εὐμολπίδαι*. [Aristot.] Mir. ausc. CXXXI (143). [14]) Mir. ausc. l. l. cf. Paus. I, 14, (2) 1. [15]) cf. supra p. 40 n. 6. [16]) Steph. Byz. s. v. *Δουλίχιον*. Eustath. ad Il. *B*, 625 p. 306. fortasse idem Dolichus, cf. supra p. 42, 15.

Amphitheum filium e Cerere genitum Aristophanes[1] per iocum invenit. Firmicus Triptolemum Eleusine plane amovit atque vilicum fecit Hennensem[2]. Sed iam sentio me esse longius provectum, revertamur unde sumus degressi.

Ad Eleusinem igitur postquam appropinquavit, Ceres (sive iam certior facta de filiae sorte sive ignara etiamtum raptoris) tandem defatigata erroribus[3] tunc primum, ut ait Ovidius[4], ex diuturno labore se dat requieti. Ἕζετο δ' ἐγγὺς ὁδοῖο φίλον τετιημένη ἦτορ Παρθενίῳ φρέατι, ὅθεν ὑδρείοντο πολῖται, Ἐν σκιῇ, αὐτὰρ ὕπερθε πεφύκει θάμνος ἐλαίης[5]. qui hic Παρθένιος dicitur puteus, eundem[6] diverso nomine invenimus apud alios scriptores, qui Cererem narrant consedisse ad Καλλίχορον puteum[7] in via sacra[8] prope campum Rarium situm. diversum vero est ab hoc φρέαρ Ἄνθιον[9], quod Pausanias ait offendere eos, qui alteram viam ab Eleusine Megara ferentem ingrediantur. ad hunc enim puteum Pamphum fecisse Cererem considentem[10]. iuxta Callichorum[11] erat Ἀγέλαστος πέτρα ita dicta propterea, quod ibi aut Theseum ferebant sedisse ad inferos descensurum[12] aut Cererem rapta filia plorantem[13], unde

---

[1]) Acharn. 47. [2]) cf. supra p. 28, 27. [3]) Clem. Al. Pr. II, 20 p. 17 P. = Euseb. Pr. ev. II, 3, 31. [4]) F. IV, 503 sq. discrepat Callim. cf. infra p. 43 n. 7. [5]) Hom. 98 sq. (post indicium acceptum). [6]) cf. Baumeister ad h. in Cer. 98. Foerster p. 12 c. n. 5. Flander de interpol. p. 12. [7]) post indicium acceptum: Apollod. I, 5, 1. Natal. V, 14 p. 519. ante indicium: Callim. in Cer. 15, quem versum mutilatum testimonio nisus Scholiastarum ad h. l. et ad Clem. Al. Pr. II, 20 (ed. Klotz V p. 101, 30) Foersterus (p. 75 n. 2) restituit: Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρου ἐκαθέζεο παιδὸς ἄπυστος. eundem puteum Clementem l. l. (= Euseb. Pr. ev. II, 3, 31) significare (nomen enim omissum est) Schol. ad h. l. docet. indicium autem nondum esse factum ex eo concludimus, quod Clemens Orphei auctoritatem sequitur. addit idem: τοῦτο (sc. ad puteum considere) τοῖς μυουμένοις ἀπαγορεύεται εἰσέτι καὶ νῦν, ἵνα μὴ δοκοῖεν οἱ τετελεσμένοι μιμεῖσθαι τὴν ὀδυρομένην. commemoratur praeterea Callichorus puteus ab Eur. Suppl. 392 et Ion. 1075. cf. *Additam.* 46. Cum Cerere conferenda est Isis Bybli ad fontem sedens ap. Plut. de Is. et Os. 15. [8]) Paus. I, 38, 6. haec igitur est ἡ ὁδός in h. Hom. 98. 179 et κοιλὴ ἁμαξιτός v. 177 (ubi cf. Baum.) [9]) Foerster p. 12 n. 6. [10]) Paus. I, 39, 1. [11]) Apollod. I, 5, 1. Natal. V, 14 p. 519. ceteri breviter: in Attica, vel prope Eleusinem (Schol. ad Aristoph. Equ. 785. Suid. s. v. Σαλαμῖνος. [12]) Schol. ad Ar. et Suid. ll. ll. [13]) post indicium acceptum: Apoll. Nat. Schol. ad Ar. ll. ll. Zenob. I, 7. ante indicium: Ov. F. IV, 503 *(saxum triste)*. Schol. ad Ar. Suid. Zenob. ll. ll. Hesych. s. v. Ἀγέλαστος. Proverb. e Sched. Schub. (Corp. Paroem. Leutsch I p. XXXIV). Diogenian. I, 8 (C. P. I p. 181). I, 7 (C. II p. 2). Gregor. Cypr. I, 35 (C. II p. 58). I, 12 (C. II p. 131). Apostol. I, 12. Arsen. I, 24. de Proclo (Chrest. 7 in Phot. bibl. p. 319 b. Bkk.) v. infra p. 46 n. 8. cf. Bekker, Anecd. p. 337. Bachmann, Anecd. I, p. 22. non recte Thierschium (Ztschr. f. A. W. 1836, 53 p. 425 sq.) in pictura quadam Cererem saxo insidentem cognovisse docet Foersterus p. 257, neque quidquam valet ea πέτρα, cui insidentem Phigalenses e ligno dedicarant Cererem teste Paus. VIII, 42, 3.

Ἀγέλαστος πέτρα proverbium est factum *ἐπὶ τῶν λύπης προξένων ὄντων*[1]. ibi igitur *Sub Jove duravit multis immota diebus Et lunae patiens et pluvialis aquae*[2].

Ἐντεῦθεν δὲ (Πάμφως[3] *ἐποίησε) αὐτὴν ἅτε γυναῖκα γεραιὰν*[4] *ὑπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Κελεοῦ κομισθῆναι παρὰ τὴν μητέρα (Μετάνειραν).* copiosius haec fabulae pars in hymno Homerico[5] exposita legitur: Ad puteum sedentem Cererem vident Celei filiae, quae forte aquam petitum eo veniunt, nec eam cognoscunt. quibus benigne rogantibus, quis sit et cur procul ab urbe consederit spreto oppidanorum hospitio, Ceres respondet *Δώς*[6] sibi nomen esse, raptam vero a praedonibus e Creta[7] nave ad Thoricum appulsa se esse elapsam. optat ut in terra incognita domum recipiatur ab aliquo, cui munera praestet aetati suae accommodata, sive puerum parvulum nutrire sive aedes servare sive lectum herilem sternere sive servas opera muliebria docere iubeatur. quibus verbis commota Callidice pulcherrima Celei filiarum deae respondet Eleusiniis praeesse principes Triptolemum Dioclem Polyxenum Eumolpum Dolichum patremque ipsarum[8]. quorum uxores libenti animo eam esse excepturas. sed maneat, si velit, dum matri Metanirae omnia renuntiaverint, si forte eam iusserit suam domum venire, ut fratrem parvulum enutriat. annuente dea virgines abeunt matrique omnia referunt. Metanira autem celerrime filias redire et ingenti mercede proposita illam arcessere iubet. itaque virgines ad puteum recurrunt deamque aegritudine afflictam domum Celei ducunt[9]. in Orphico carmine cum ad puteum Cererem consedisse[10] et cum Jaccho a Dysaule eiusque uxore hospitio exceptam esse narratum sit[11], coniectura licet augurari illum quoque poetam vel Pampho vel hymni Homerici auctore ad imitandum proposito filias Dysaulis Cererem ad puteum reperientes domumque invitantes induxisse[12]. Apollodorus[13]

---

1) v. Paroemiographos modo allatos. 2) Ov. F. IV, 505 sq. 3) ap. Paus. I, 39, 1. Cf. supra p. 40, 7. 4) haec emendatio debetur Foerstero p. 32 sq. pro codicum lectione *Ἀργείαν* (v. infra n. 7). cf. supra p. 33, 3. 5) v. 105 sq. 6) nomen corruptum nec adhuc certa emendatione sanatum. cf. Buecheler. ad h. l. 7) Argivam mulierem eam simulantem fecisse crederes Pamphum (loco modo allato), nisi suspecta esset codicum lectio *Ἀργείαν*. Cf. supra p. 18, 23. 37, 37. 8) Ad hos principes spectare videtur illud Plutarchi (Quaest. conviv. IV, 4, 1, 4): *τὸν Κελεὸν πρῶτον ἱστοροῦσιν εὐδοκίμων καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν κατασκευάσαντα σύνοδον καθημερινὴν ὀνομάσαι πρυτανεῖον.* cf. Preller, Dem. p. 108 n. 77. 9) hinc Photius s. v. *Κελεός· οὗ αἱ θυγατέρες ὑπεδέξαντο τὴν Δήμητρα ἐν Ἐλευσῖνι.* Cf. *Additam.* 47. 10) cf. supra p. 43, 12. 11) cf. infra p. 46, 1. 12) cf. Foerster p. 44 et supra p. 42, 3. Isidem ad fontem sedentem tradunt *ἄλλῳ μὲν μηδενὶ προσδιαλέγεσθαι, τῆς δὲ βασιλίδος τὰς θεραπαινίδας ἀσπάζεσθαι καὶ φιλοφρονεῖσθαι.* quod ubi vidisset, reginam arcessi eam iussisse. (Plut. de Is. et Os. 15.) 13) I, 5, 1. cf. Foerster p. 58.

Cererem narrat sua sponte puteo relicto in urbem se contulisse famulisque (*ἔνδον οὐσῶν γυναικῶν*) invitantibus domum Celei intrasse. apud Ovidium[1] Celeus ipse senex rusticus Cererem in saxo tristi reperit sedentem. *Ille domum glandes excussaque mora rubetis Portat et arsuris arida ligna focis. Filia parva duas redigebat rupe capellas. . . . 'Mater', ait virgo, (mota est dea nomine matris), 'Quid facis in solis incomitata iugis?' Restitit et senior, quamvis onus urget, et orat Tecta suae subeat quantulacunque casae. Illa negat . . . Instanti talia dicta refert: 'Sospes eas semperque parens. mihi filia rapta est'*[2] . . . *Flent pariter molles animis virgoque senexque. E quibus haec iusti verba fuere senis: 'Sic tibi, quam raptam quaeris, sit filia sospes, Surge nec exiguae despice tecta casae'. Cui dea 'Duc' inquit, 'scisti qua cogere posses' Seque levat saxo subsequiturque senem. Dux comiti narrat, quam sit sibi filius aeger Nec capiat somnos invigiletque malis. Illa soporiferum, parvos initura penates, Colligit agresti lene papaver humo. Dum legit, oblito fertur gustasse palato Longamque imprudens exsoluisse famem. Quae quia principio posuit ieiunia noctis, Tempus habent mystae sidera visa cibi*[3]. illo vero papavere alii produnt ultro et consulto[4] Cererem usam esse *ad oblivionem doloris*[5], ut curam levaret lugens filiam suam[6]. *nam ob raptum Proserpinae vigiliis gustato eo acta est in soporem*[7].

Ex his cognoscitur Cererem aut deductam ab aliquo aut sua sponte Eleusinem ingressam[8] ab Eleusinio quodam hospitio domum esse exceptam, sive hospes ille fuit Rarus Celei pater[9] sive Celeus ipse[10] sive Eleusinus rex[11] sive Ica-

---

[1]) F. IV, 509 sq. cf. supra p. 40, 14. [2]) veram igitur, etsi anum simulat, tristitiae causam concedit. [3]) cf. *Additam.* 29. [4]) Serv. ad Georg I, 212. Junil. ap. Schol. Bern. ad h. l. fuci causa Dercyli testimonium finxit Natal. V, 14 p. 523: *quia somnum non posset percipere ob filiae molestiam, in quem fuit papaverum beneficio adiuta* cf. *Additam.* 48. [5]) Serv. l. l. [6]) Junil. l. l. [7]) Serv. Jun. Nat. ll. ll. hanc ob causam papavera Cereri sacra dicuntur: Serv. Jun. Nat. ll. ll. cf. Schol. ad Theocr. VII, 157. Eudoc. s. v. *Δημήτηρ* p. 112. cf. papaveris caput in imag. ap. Foersterum §. 43, 1 p. 225. [8]) deductam modo vidimus, apud ceteros omnes scriptores, quos iam sumus allaturi, sua sponte domum intrat. [9]) Suid. s. v. *Ῥαριάς*. cf. supra p. 41, 17. [10]) *Cel. Met. Dem. sorores:* supra p. 44, 4. *Cel. Met. Dem. Tript:* supra p. 40, 5. *Cel. Met. Tript. soror:* p. 45, 3 sq. *Cel. Met. Amb. Tript:* p. 40, 17. *Cel. Met. Tript:* Aristid. Eleus. p. 417 Ddf. Nonn. XIX, 81 sq. *Cel. Met:* Nic. Diom. Schol. ad Heph. Eutecn. Eustath. Arsen. Natal. locis p. 39 n. 8 allatis. *Cel. Tript. parvulus:* Serv. ad Georg. I, 163. Myth. Vat. I, 8. Schol. ad Aristid. Pan. 105, 11. cf. Lucian. de salt. 40. *Cel. Jambe:* supra p. 40, 13. *Cel. solus:* Mythici hymni ap. Menandr. *περὶ ἐπιδεικτ.* 6 (Rhet. gr. Walz IX, 144. Spengel III, 338). Bacchyl. ap. Schol. ad Aristoph. Ach. 47 (fr. 12 Bergk[3] p. 1229. cf. Foerster p. 65). Apollod. III, 14, 7. Nonn. XLVII, 99 (*ξεινοδόκος*). Schol. ad Aristoph. Equ. 698. Schol. Bern. ad Verg. Georg. I, 163. Philarg. ad I, 165. Lact. ad Stat. Theb. VII, 411. Suid. s. v. *Εὔμολπος*. *Cel. Hion. Tript:* Myth. Vat. II, 96. [11]) *Eleus.*

rus[1] sive Hippothoon[2] sive Dysaules cum Baubo uxore[3] sive Triptolemus ipse aetate adulta[4]. hymni Homerici[5] auctor hoc modo pergit: Celei filiae cum Cerere domum ingressae, ubi matrem Metaniram cum Demophonte filio recens nato[6] conspi-
5 ciunt sedentem, ad eam accurrunt. at Ceres *ἐπ' οὐδὸν ἔβη ποσὶ καί ῥα μελάθρου Κῦρε κάρη, πλῆσεν δὲ θύρας σέλαος θείοιο. Τὴν δ' αἰδώς τε σέβας τε ἰδὲ χλωρὸν δέος εἷλεν*[7]. *Εἶξε δέ οἱ κλισμοῖο καὶ ἑδριάασθαι ἄνωγεν. Ἀλλ' οὐ Δημήτηρ . . . Ἤθελεν ἑδριάασθαι ἐπὶ κλισμοῖο φαεινοῦ . . .*
10 *Πρίν γ' ὅτε δή οἱ ἔθηκεν Ἰάμβη κέδν' εἰδυῖα Πηκτὸν ἕδος, καθύπερθε δ' ἐπ' ἀργύφεον βάλε κῶας . . . Δηρὸν δ' ἄφθογγος τετιημένη ἧστ' ἐπὶ δίφρου*[8], *Οὐδέ τιν' οὔτ' ἔπεϊ προσπτύσσετο οὔτε τι ἔργῳ, Ἀλλ' ἀγέλαστος ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος Ἧστο κτλ.* apud Ovidium[9] Ceres cum Celeo rustico
15 eiusque filia *Limen ut intravit, luctus videt omnia plena: Jam spes in puero nulla salutis erat. Matre salutata . . . Jungere dignata est os puerile suo. Pallor abit subitasque vident in corpore vires*[10]. . . *Tota domus laeta est . . . somnique papavera*[11] *causas Dat tibi cum tepido lacte bibenda puer.* ceteris de rebus
20 diversos coniunctim videamus scriptores. Metanira ipsa mensam parat[12]. *Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte Po-*

Coth. Tript: cf. supra p. 41, 7. *Eleus. Cyntin. Tr:* p. 41, 7. *Eleus. Hyon. Tr:* Lact. locis p. 41 n. 5 allatis. *Eleus. Tr:* Lact. ad Stat. Theb. XII, 628. Myth. Vat. II, 97. cf. Schol. Bern. ad Verg. Georg. I, 19. Hyg. P. A. II, 14. [1]) cf. supra p. 41, 15. [2]) *Hipp. solus:* Nicand. Alex. 128 sq. *Hipp. Met:* supra p. 40, 19. a Tyro Hippothoontis uxore Cererem receptam negat Eutecnius ad Nic. l. l. [3]) *Dysaul. Baub:* Palaeph. ap. Harpocration. s. v. *Δυσαύλης* et supra p. 42, 3 coll. 47, 1. cf. Suid. s. v. *Βαρώ* (em. *Βαυβώ*) et *Δημώ* (em. *Δηώ*). Eudoc. s. v. *Βαρώ* p. 93. fortasse nihil nisi hoc hospitium significatur vitiata illa glossa Hesychii: *Βαυβώ· τιθήνη Δήμητρος.* cf. autem Foerster p. 286 n. 6 et supra p. 42 n. 5. [4]) *Celei fil:* Nonn. ad Greg. inv. I, 67 (II p. 1020 Migne = Westerm. *Μυθ.* p. 367). Eudoc. s. v. *γεωργία* p. 96 s. v. *Τριπτόλ.* p. 397. cf. Eunap. Vit. Prohaer. p. 492 Boiss. Liban. IV p. 361 Rsk. *Eleusinis fil:* Panyas. ap. Apollod. I, 5, 2. [5]) v. 184 sq. cf. supra p. 44, 26. [6]) *τηλύγετος, ὀψίγονος, πολυεύχετος, ἀσπάσιος* v. 164 sq. 187. 252. 283. [7]) v. 188 sq. mirum quod Ceres anus specie induta divinam tamen naturam non plane dissimulat. cf. v. 111. 159. 213 sq. [8]) Sellam igitur elegantem Ceres recusans, quippe quae luctui indulgeat vel quia vilioris condicionis se mulierem simulat, *πηκτὸν ἕδος* s. *δίφρον* praefert. cf. Matth. ad h. l. (ap. Baumeist. ad 193). Proclus (Chrest. in Phot. bibl. p. 319 b Bkk. = p. 417 Gaisf.) hoc *πηκτὸν ἕδος*, in quo *ἀγέλαστος* sedebat Ceres, et saxum illud, cui nomen erat *Ἀγέλαστος πέτρα* (cf. supra p. 43, 17) inter se confundere videtur. Jamben (cf. infra p. 47, 6) enim dicit Cereri in illo saxo sedenti obviam esse factam. cf. Foerster p. 81 not. [9]) F. IV, 537 sq. cf. supra p. 45, 19. [10]) Hinc hauriens Bocat. VIII, 4 p. 202: *Triptolemum infirmum Ceres in retributionem beneficii curavit.* [11]) cf. Callim. fr. 437 Sch. [12]) domi Hippoth: Schol. ad Nicand. Al. 130. ad Eur. Or. 964. Natal. III, 16 p. 249.

maque et in teneris aurea mella suis[1]. Baubo Cererem *adulatur obsequiis mitibus, reficiendi corporis rogat curam ut habeat, sitienti adoris oggerit potionem cinnum, cyceonem quam nuncupat Graecia*[2]. dea autem quamvis ea roget atque hortetur[2], et cibo et potione abstinet[3] maerore afflicta et profligata[4]. tum, sive in Celei[5] sive in Hippothoontis[6] domo res agitur, Jambe ancilla[7] anus[8], quam alii e Thracia oriundam[9] Echus et Panos[10], alii Celei dicunt filiam[11], ut deae tristitiam resolvat, ἀθύρους ῥήτρας[12] καὶ γελοιώδεις λόγους[13] καὶ σκώμματα[14] profert, quin etiam deae maledicit[15] atque eam *male tractat*[16] neque turpitudine abstinet[17]. quas facetias ineptas grammatici quidam nimis arguti in saltationes[18] et in carmina[19] convertunt iambico metro[20], cum a Jambe iambum nomen traxisse cen-

---

[1]) domi Cel: Ov. F. IV, 545 sq. [2]) Arnob. V, 25 suo more exornans verba Clementis Al. Pr. II, 20 p. 17 P: ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ. [3]) cf. supra p. 46, 13. Ov. Clem. Arn. ll. ll. Arn. V, 35. [4]) Hom. 194. 197 sq. Clem. Arn. Schol. ad Nic. ad Eur. Nat. ll. ll. Diomed. III, 5, 10. Eutecn. ad Nic. Al. 115 sq. Julian. in Anthol. gr. VII, 58, 3 (Vol. I p. 323 Jacobs. II p. 509 Brunck). Hesych. et Etym. Gud. et M. s. v. Ἰάμβη. [5]) Hom. 202 sq. Apollod. I, 5, 1. Diomed. III, 5, 10. Marius Plotius 1, 8 (Script. rei metr. Gaisf. p. 244). Schol. ad Hephaest. III p. 169 Gaisf. Eustath. ad Od. λ, 277 p. 1684. Arsen. XXXI, 38 (Corp. Paroem. Leutsch II p. 461, 99 b c. not.) Eutecn. l. l. cf. Natal. Com. III, 16 p. 249 sq. (Philoch. fr. p. 26 Sieb. = fr. 29 Müller, fr. hist. I p. 389). dominus incertus: Hesych. Etym. Gud. et Magn. ll. ll. [6]) Nicand. Alex. 128 sq. Schol. ad 130. 132. ad Eur. Or. 964. Natal. l. l. [7]) Hom. Diom. Schol. ad Heph. ad Nicand. ad Eur. Eust. Ars. Natal. ll. ll. Procl. Chrest. l. l. (v. p. 46 n. 8). haud dubie adiungendi sunt: Nicand. Apollod. Eutecn. Hesych. Etym. Gud. et M. ll. ll. cf. Soph. fr. 661 Nauck. Foerster p. 50 c. n. 7 et p. 73. [8]) solus Apollod. l. l. [9]) Nicand. c. Schol. et Procl. ll. ll. [10]) Schol. ad Nic. 130. ad Eur. Etym. Gud. et M. ll. ll. Natalem, qui Philochorum testem laudat, fucum facere docet Foersterus p. 60 n. 3 cf. Voss ad h. in Cer. 202 sq. [11]) Marius Plotius l. l. [12]) Nicand. l. l. c. Schol. ad 132 (παιγνιώδεις). Etym. Gud. et M. l. l. (παίζει). memoriam festis diebus servatam videmus apud Aristoph. Ran. 384 sq. (cf. 375 sq.) [13]) Schol. ad Nic. ad Eur. Nat. ll. ll. memoria: Aristoph. l. l. Paus. VII, 27, (3) 10. cf. *ludicra Romanorum:* Tac. Ann. XV, 53. [14]) Hom. Apollod. Schol. ad Nic. ad Eur. ll. ll. (χλευάς Hom. Schol. ad Nic. Procl. ll. ll. *cavillationes iocosas:* Mar. Plot. l. l. memoria: Aristoph. Apollod. Paus. ll. ll. Cleomed. Meteorol. II p. 71 Sch. (p. 91 Blf). Hesych. s. v. στήνια et γεφυρίς et γεφυρισταί. (certa emendatione hinc remoti sunt Schol. ad Aristoph. Ach. 708 et Suid. s. v. Ἀχαιά). cf. Hom. 205. [15]) Hesych. s. v. ἰαμβίζειν· τὸ λοιδορεῖν κακολογεῖν, ἀπὸ Ἰάμβης τῆς λοιδόρου et s. v. ἰάμβηλος· λοιδορητικός. cf. s. v. Ἰάμβη. memoria: Hesych. et Eubul. ap. Phot. s. v. στήνια. [16]) Diomed. l. l. [17]) αἰσχρορρημονήσασα: Eutecn. l. l. et nomine Jambes omisso Diod. V, 4. ἀχρηστολογοῦσα: Etym. Gud. et M. l. l. σχήματα ἄχρηστα ποιοῦσα: Etym. M. memoria: Diod. l. l. cf. Foerster p. 23 c. n. 6. [18]) Schol. ad Hephaest. Eustath. Arsen. ll. ll. cf. Foerster p. 81 not. memoria: Aristoph. l. l. Lact. ad Stat. Theb. VII, 411. Lucian. de salt. 15. [19]) Schol. ad Heph. l. l. v. n. seq. [20]) Marius Plot. Schol.

seant[1]. obscaenitatem autem illam *ad explicandam obscaenorum iocorum causam, quibus mulieres in Thesmophoriis aliisque sui sexus sollemnibus se invicem ludificare solebant, dicteriis et scurrilibus gestibus concertantes*[2], Orpheus[3] hac fabula auxit, quam
5 Clemens et Eusebius[4] breviter narrant, Arnobius[5] eloquentia nimis impudica percoluit: Baubo, cum Ceres potionem oblatam recuset, dolens quod ab illa despiciatur[6], deam hortatur *ne fastidium suae humanitatis assumat . . . obstinatissime durat Ceres . . . quod cum saepius fieret . . . vertit Baubo artes, et quam serio*
10 *non quibat allicere, ludibriorum statuit exhilarare miraculis: partem illam corporis, per quam secus femineum sobolem solet prodere . . . tum longiore ab incuria liberat, facit sumere habitum puriorem*[7] *et in speciem levigari nondum duri atque striculi pusionis*[8]*: redit ad deam tristem*[9] *et . . . retegit se ipsam atque*
15 *omnia illa pudoris loca revelatis monstrat inguinibus*[10]. quae ubi videt Jacchus, delectatus puerili eorum vultu[11], propius accedit[12] atque ridens ea *plaudit contrectat amice*[13]. (Quae hic de Baubo narrantur, Gregorius Naz. memoria lapsus ad ipsam Cererem transtulit versum Orphei laudans Ὣς εἰποῦσα θεὰ δοιοὺς ἀνε-
20 σύρατο μηρούς[14], quem versum ex altero versu Orphico esse corruptum Foersterus[15] haud iniuria suspicatur). Ceres igitur delectata sive iocis Jambes auditis[16] sive conspectis Baubus pudendis[17] sive Jacchi petulantia[18] maeroris paulisper oblita[19] risum tenere non potest[20]. Τῇ δέ, ut est in hymno Home-

---

ad Nic. ad Eur. ad Heph. Eustath. Arsen. Natal. ll. ll. [1]) ad not. praeced. add. Diomed. l. l. [2]) Verba sunt Lobeckii Agl. p. 825. cf. Gregor. Naz. IV, 115 p. 653 Migne (III p. 141 Maur). Epiphan. adv. haer. III, 10 (II p. 1092 Pet.): αἰσχρουργήματα, γυναικῶν ἀπογυμνώσεις. [3]) ap. Clem. Al. Pr. II, 21 p. 17 et ap. Euseb. Pr. ev. II, 3, 34 (fr. XVI Herm. p. 475 = Mullach fr. phil. I p. 174) et libera imitatione ap. Arnob. V, 26. cf. Foerster p. 282 sq. [4]) Clem. II, 20 p. 17 = Euseb. II, 3, 33. [5]) V, 25 (cf. 27. 29. 35. 39). [6]) Clem. Eus. ll. ll. [7]) Arnob. V, 25 (cf. 35: *novatio pudendorum*). [8]) Orph. ap. Arn. et Arn. ipse V, 25. [9]) Arn. V, 25. [10]) Arn. V, 25 (27. 29. 35. 39). Orph. (ap. Clem. Eus. Arn.) Clem. et Eus. ll. ll. Clem. p. 13, 27 = Eus. II, 3, 16. mulieres graecas prodendi pudoris non parcissimas fuisse testimoniis probant Lobeck, Agl. p. 826. Preller, Dem. p. 136 n. 17. Foerster p. 44 n. 6. [11]) Orph. ap. Arn. [12]) Orph. ap. Clem. et Eus. [13]) Orph. ap. Clem. Eus. Arn. inde Jacchus dicitur ἐπάφιος Orph. h. L (49), 7 et LII (51), 9. ὑποκόλπιος LII (51), 11. Διόνυσος χοιροψάλας Clem. Pr. II, 39 cf. Foerster p. 286. [14]) Greg. IV, 115 p. 653 Migne (III p. 141 Maur.) addit: ἵνα τελέσῃ τοὺς ἐραστάς. ad quem locum Nonn. ad inv. I hist. 77 (II p. 1023 Migne): ἐπαιρομένη ἡ θεὰ τοὺς ἑαυτῆς μηροὺς ἀνεσύρατο (λέγει δὲ περὶ τῶν ἱματίων), ἵνα, φησὶ, τοὺς ἐρῶντας αὐτῆς ἀξιώσῃ τῆς συνουσίας. [15]) p. 287. [16]) cf. supra p. 47, 8. Hom. Apollod. Procl. Mar. Schol. ad Nic. ad Eur. Eutecn. Nat. ll. ll. Hesych. Etym. Gud. et M. s. v. Ἰάμβη. [17]) Clem. Eus. ll. ll. Arn. V, 26. 27. 29. 35. [18]) Orph. (ap. Clem. Eus. Arn.) [19]) Orph. ap. Arn. et ipse Arn. V, 27. 35. Natal. l. l. Cf. *Additam.* 37. [20]) Ad scriptores n. 16 collectos adde Orph. (ap. Clem. Eus. Arn.) et Arn. V, 26. 27. cf. Ju-

rico[1], *δέπας Μετάνειρα δίδου μελιηδέος οἴνου Πλήσασ'· ἡ δ' ἀνένευσ'· οὐ γὰρ θεμιτόν οἱ ἔφασκε Πίνειν οἶνον ἐρυθρόν*[2]. *ἄνωγε δ' ἄρ' ἄλφι καὶ ὕδωρ Δοῦναι μίξασαν πιέμεν γλήχωνι τερείνῃ. Ἡ δὲ κυκεῶ τεύξασα θεᾷ πόρεν, ὡς ἐκέλευε. Δεξαμένη δ' ὁσίης ἐπέβη πολυπότνια Δηώ*[3]. (de Ambante Metanirae filio v. infra p. 52, 14 sq.). similiter apud Baubo reiectum antea tunc demum aegre[4] accipit atque ebibit cyceonem[5]. Eleusine igitur ieiunium diu servatum solvit[6] vergente in vesperum die[7].

Iam supra[8] Cererem vidimus Celei filiabus operam suam ad infantes nutriendos esse professam. similiter alii narrant uxori vel Celei vel Eleusini nutricem filii quaerenti[9] Cererem, sive eo consilio ut domum reciperetur[10], sive exceptam ut pro hospitio et pro indicio raptoris gratiam referret[11], sive quod amore pueri nutriendi esset capta[12], ultro se obtulisse nutricem[13] libentique animo esse acceptam. magnam igitur ei Metanira cum malorum consolatione[14] promittit mercedem[15], Ceres autem optimam fore suam operam neque ullam puero nocituram incantationem pollicetur[16]. sic nutriendum Ceres suscipit aut Demophontem[17] aut Triptolemum[18] (non Celeum, ut olim

---

lian. in Anthol. gr. VII, 58, 3 (Vol. I p. 323 Jac. II p. 509 Br.): Cererem *μοῦνος ἔκαμψε γέλως* (Jambes nomine omisso). [1]) v. 206 sq. [2]) isdem fere verbis utuntur Schol. ad Nicand. Alex. 130. ad Eur. Or. 964. Natal. III, 16 p. 249. [3]) brevius Schol. ad Nic. et ad Eur. Nat. ll. ll: *ἀλφίτων δ' αὐτὴν κυκεῶνα ἐκέλευσε κατασκευάσαι, ὃν δεξαμένη ἔπιεν* et Schol. ad Nic. paulo infra: *διὰ γλήχωνος ἔπιεν ἡ Δημήτηρ τὸν κυκεῶνα.* cf. Nicand. Alex. 128 sq. *Τῷ δὲ σὺ πολλάκι μὲν γληχὼ ποταμηΐσι νύμφαις Ἐμπλήδην κυκεῶνα πόροις ἐν κύμβεϊ τεύξας Νηστείρης Δηοῦς μορόεν ποτόν.* Eutecn. ad h. l. brevissime: *Δημήτηρ ἐπιθυμεῖ πίνειν καὶ τὸ ἐντεῦθεν γίνεται τῆς Δήμητρος οὗτος ὁ κυκεὼν ποτόν.* cf. Foerster p. 73. Memoria: Clem. Al. II, 21 et Euseb. Pr. ev. II, 3, 35: *Κἄστι τὸ σύνθημα Ἐλευσινίων μυστηρίων· ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα κτλ.* itemque Arn. p. 175. Epiphan. adv. haer. III, 10 (II p. 1092 Pet.) conferendae videntur Romanorum *cenae Cereales* (Plaut. Men. I, 1, 25. Gell. XVIII, 2, 11. Foerster p. 24). [4]) Clem. Eus. ll. ll. (cf. Eutecn. l. l: *ἐπιθυμεῖ πίνειν*). [5]) Clem. (cf. p. 13, 27 *πόμα χολῆς*) et Eus. ll. ll. Arn. V, 26. 35. Orph. ap. Clem. Eus. Arn. [6]) Orph. h. XLI (40), 4. Nicand. Alex, 128 sq. Cf. *Additam.* 29. [7]) Callim. h. in Cer. 8 (cf. fr. 539 Sch.) c. Schol. ad v. 7. cf. supra p. 45, 18. [8]) p. 44, 14. [9]) Lact. ap. Bocat. VIII, 4 p. 202 et ap. Natal. V, 14 p. 516. [10]) Hyg. f. 147. Lact. ad Stat. Theb. II, 382. [11]) Myth. Vat. II, 96 (pro hosp. et ind.) Serv. ad Georg. I, 163. Myth. Vat. I, 8 (pro hosp.) Lact. ad Stat. Theb. XII, 628. [12]) Serv. ad Georg. I, 19. [13]) Hyg. l. l. Serv. ad G. I, 19. Lact. ad Th. II, 382 (et ap. Boc. et ap. Nat. ll. ll.) Myth. Vat. II, 96. [14]) Hom. 216 sq. cf. 147 sq. [15]) ibid. 221. cf. 166. [16]) ibid. 224 sq. [17]) ibid. 231 sq. Apollod. I, 5, 1. [18]) *Celei et Metanirae* fil: Ov. F. IV, 549 (cf. supra p. 46, 15). Schol. ad Nic. Ther. 484 (et ap. Natal. V, 14 p. 516). ad Aristid. Pan. 105, 11 (III p. 53 Ddf.) *Celei* fil: Hyg. P. A. II, 14. Serv. ad Georg. I, 163. Myth. Vat. I, 8. cf. Aristid. Pan. p. 167. 168 Ddf. et Schol. ad 105, 12. *Celei et Hionae* fil:

legebatur apud Scholiastam ad Nicand[1]. loco iam pridem emendato. alio autem et Orthopolidis[2] et Trophonii[3] educatio pertinet). quem alumnum ut immortalem[4] et senectutis expertem reddat aeternoque honore adornet[5], *Ἔτρεφεν ἐν μεγά-*
5 *ροις · ὁ δ' ἀέξετο δαίμονι ἶσος Οὔτ' οὖν σῖτον ἔδων, οὐ θησάμενος [γάλα μητρὸς, Ἀλλὰ γὰρ ἤματα μέν μιν ἐϋστέφανος] Δημήτηρ Χρίεσκ' ἀμβροσίῃ, ὡσεὶ θεοῦ ἐκγεγαῶτα, Ἡδὺ καταπνείουσα καὶ ἐν κόλποισιν ἔχουσα*[6], *Νύκτας δὲ κρύπτεσκε πυρὸς μένει ἠΰτε δαλόν*[7]. ac de igne quidem noctu adhibito alii quoque
10 scriptores consentiunt[8], interdiu autem lacte divino alumnum nutritum esse plerique narrant[9]. quod autem hic per multos dies noctesque factum videtur, Ovidius[10] copiosius de prima tantum nocte explicat: *Noctis erat medium placidique silentia somni: Triptolemum gremio sustulit illa suo, Terque manu per-*
15 *mulsit eum, tria carmina dixit, Carmina mortali non referenda sono, Inque foco corpus pueri vivente favilla, Obruit.* apud eundem[11] hac ipsa nocte, fortasse vagitu pueri, *Excutitur somno stulte pia*[12] *mater et amens 'Quid facis'? exclamat membraque ab igne rapit.* ceteri hoc modo pergunt: Cum praeter solitum
20 puer crescat[13], mirati aut parentes[14] aut mater sola[15] aut pater[16], quid agat nutrix, noctu (*ἐκ θαλάμοιο*[17]) observant, pueroque in ignem coniecto aut pater expavescit[14] atque exclamat[16],

---

Myth. Vat. II, 96. *Eleusini et Cothoneae* fil: Hyg. f. 147. cf. 277. Lact. ad Stat. Theb. II, 382 (cf. XII, 628). *Eleusini et Cyntiniae* f: Serv. ad G. 1, 19. *Eleusii et Hyonae* f. Lact. ap. Boc. et ap. Nat. ll. ll. *Eleusii* f: Myth. Vat. II, 97. cf. Philoch. ap. Bocat. VIII, 4 p. 203. Cf. *Δημήτηρ κουροτρόφος*: Orph. h. XL, 2. Porphyr. de abst. IV, 16. Hesych. s. v. *κουροτρόφος*. (Aristoph. Thesm. 295. Apollon. Rh. III, 861). Preller, Dem. p. 110 c. n. 82. p. 380. Conferendum quomodo Isis alumnum Malcandri regis et uxoris Astartes sive Caosis sive Nemani filium (Plut. de Is. et Os. 15. 16) et Thetis Achillem (Apollod. III, 13, 6. Apollon. Rh. IV, 869 sq.) nutriverit. cf. Voss ad h. in Cer. 236. Bothius ap. Baumeist. ad h. in Cer. 239. 1) ad Ther. 484 et ap. Natal. V, 14 p. 516. 2) cf. supra p. 36, 14. 3) Paus. IX, 39, (4) 5. Apollinis sive Ergini fil: IX, 37, (3) 5. 4) Hom. 242. 260 sq. Ov. Apollod. Schol. ad Nic. Natal. ll. ll. Hyg. f. 147. Serv. ad Georg. I, 19. Lact. ad Stat. Theb. II, 382 et ap. Bocat. l. l. Myth. Vat. II, 96. 5) Hom. l. l. 6) Hom. 231. 263. cf. supra p. 46, 16. 7) ibid. 235 sq. verba uncis inclusa ab Hermanno et a Baumeistero suppleta, nisi sunt ipsius poetae, rectam certe sententiam exprimunt. 8) Apollod. Schol. ad Nic. Hyg. Nat. ll. ll. Serv. ad Georg. I, 19 et I, 163. Lact. ad Theb. II, 382 et ap. Boc. et ap. Nat. ll. ll. Myth. Vat. I, 8. II, 97. 9) iidem scriptores, si excipias Apollod. et Schol. ad Nic. apud Apollodorum quaedam verba quibus quid interdiu Ceres fecisset significabatur, excidisse videntur cf. Baumeist. h. in Cer. 236. 10) F. IV, 549 sq. 11) v. 555 sq. 12) cf. Hom. 243: *ἀφραδίῃσιν* et 256 sq. 13) Hom. 241 (cf. supra p. 50, 5: *δαίμονι ἶσος*). Hyg. Apollod. ll. ll. Serv. ad Georg. I, 19. Lact. ad Stat. Theb. II, 382 et ap. Boc. et ap. Nat. Myth. Vat. II, 97. 14) Hyg. l. l. 15) Hom. 243 sq. Apollod. l. l. cf. *φωραθεῖσα ὑπό τινος* Schol. ad. Nicand. Ther. 484 et ap. Natal. l. l. 16) Serv. ad Georg. I, 19. Lact. ad Theb. et ap. Boc. et ap. Nat. ll. ll. Myth. Vat. II, 97. 17) Hom. 244.

aut mater *κώκυσεν καὶ ἄμφω πλήξατο μηρώ, Δείσασ' ᾧ περὶ παιδὶ, καὶ ἀάσθη μέγα θυμῷ, Καί ῥ' ὀλοφυρομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα· Τέκνον Δημοφόων, ξείνη σε πυρὶ ἐνὶ πολλῷ Κρύπτει, ἐμοὶ δὲ γόον καὶ κήδεα λυγρὰ τίθησιν*[1]. quo audito Ceres irata[2] puerum *Χείρεσσ' ἀθανάτῃσιν ἀπὸ ἕο θῆκε πέδονδε Ἐξανελοῦσα πυρός*[3] aut dimissum de manibus igne concremat[4] aut Eleusinem patrem exanimat[5]. matri autem observanti *ἡ θεὰ αὐτὴν ἐξέφηνε*[6] et *'Dum non es,' dixit, 'scelerata fuisti: Irrita materno sunt mea dona metu. Iste quidem mortalis erit, sed primus arabit Et seret et culta praemia tollet humo'. Dixit et egrediens nubem trahit inque dracones Transit et aligero tollitur axe Ceres,* errores ut continuet[7]. his verbis usus concinit partim Ovidius, partim discrepat cum hymno Homerico, ubi Ceres Metanira incusata, quod consilia sua prohibuerit, vaticinatur mortalem quidem fore Demophontem, aeterno autem honore praeditum (*οὕνεκα γούνων Ἡμετέρων ἐπέβη καὶ ἐν ἀγκοίνῃσιν ἴαυσεν*) periturum in bello, quod Eleusinii sint gesturi cum Atheniensibus[8]. iubet templum et aram sibi exstrui *ὑπαὶ πόλιν αἰπύ τε τεῖχος Καλλιχόρου καθύπερθεν ἐπὶ προὔχοντι κολωνῷ*[9], promittit ritus se esse docturam, ut inde ex eo tempore *εὐαγέως ἔρδοντες* animum suum placent. haec locuta divinam formam recipit domoque exit. Metanira autem remanet adeo obstupefacta, ut ne filii quidem humi iacentis vagitus eam moveat. quo excitatae sorores accurrunt, e quibus una puerum sublatum sinu accipit, altera ignem accendit, tertia (ignorans matrem surrexisse et ex cubiculo omnia observasse) ad thalamum properat, ut matrem excitet. pueri autem ani-

---

1) ibid. 245 sq. Apollod. l. l: *Μετάνειρα ἀνεβόησε.* 2) Hom. 251 sq. Hyg. l. l. et quos collegimus p. 50 n. 16. cf. Ov. l. l. 3) Hom. l. l. Schol. ad Nic. l. l: *ἐπαύσατο καὶ οὐκ ἀπηθανάτισεν*, itemque Natal. l. l. 4) Apollod. l. l. cf. Foerster p. 58. 5) ad p. 50 n. 16 add. Hyg. l. l. cf. Foerster p. 71. hinc quas res Philochorus enucleandas putaverit v. *Additam.* 49. 6) Apollod. l. l. Hom. 256 sq. (praecipue 268 sq. 275 sq.) cf. Ov. l. l. 7) Ov. F. IV, 557 sq. 8) Hom. 255 sq. legendum puto v. 265 sq: *Ὥρῃσιν δ' ἄρα τοῦγε περιπλομένων ἐνιαυτῶν Παῖδες Ἐλευσινίων πόλεμον καὶ φύλ' ὅτ' Ἀθηνῶν* (sive *φυλαὶ Ἀθηνῶν*) *Αἰὲν ἐν ἀλλήλοισι συνάξουσ' ἤματα πάντα,* quos post versus *aliquid excidisse quo mors Demophontis praediceretur* Hermannus probavit. (cf. Baumeist. ad h. l.) De illo bello cf. Thuc. II, 15. Paus. I, 5, 2. 38, 3. II, 14, 2. VII, 1, (2) 5. Schol. ad Eur. Phoen. 854. ad Soph. Oed. Col. 1053 (1049 Reis.) Lobeck, Agl. p. 206 sq. 9) v. 270 sq. *ceterum templum ubi condi iussit dea, ibi etiamnunc fundamenta eius conspiciuntur situmque a poeta satis accurate definiri declarant. erat autem exstructum sub arcem* (*ὑπαὶ πόλιν*) *in iugo modici collis, qui ad mare ab occasu solis orientem versus porrigitur. (cf. Leakium de demis Atticae p. 149 sq. vers. germ.) hinc septentrionem versus progredienti in planitie, quae* τὸ Ῥάριον πεδίον *vocatur, fons* Καλλίχορος *est ... ara autem iuxta templum* (*ὑπ' αὐτῷ*) *posita fuit, ut solebat.* sic Baumeist. ad h. in Cer. 271. cf. Clem. Al. Strom. I p. 381, 2 Potter et Tatian. ad

mum, quamvis blande eum tractent, mitigare non possunt, *Χειρότεραι γὰρ δή μιν ἔχον τροφοὶ ἠδὲ τιθῆναι.* neque Cererem pavore concussae totam per noctem placare desistunt[1]. prima autem luce Celeo omnia exponunt. qui contione con-
5 vocata templum imperatum exstrui iubet. quo *δαίμονος αἴσῃ* (deae nutu) celerrime perfecto Ceres *Ἔνθα καθεζομένη μακάρων ἀπὸ νόσφιν ἁπάντων Μίμνε πόθῳ μινύθουσα βαθυζώνοιο θυγατρός* hoc domicilio usura[2]. eo igitur Eleusiniorum mulieres progressae choreis deam delectare student neque sacris
10 parcere videntur. sacris enim ibi factis Ambantem alterum Metanirae filium, cum aut sacra derideat aut iis invideat, Ceres irata mixtae potionis quod reliquum est in cratere in eum infundens in stellionem convertit. alio autem quodam auctore (sacrorum mentione non facta) propterea Ambas mutatur, quod
15 *ἐδυσχέρηνεν ὅτι ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὴν Δήμητραν ὑπεδέξατο καί τι ἐφθέγξατο εἰς τὴν θεόν*[3]. longe aliter Eutecnius[4] loco vitiis deformato: Triptolemum Metanirae filium *Οἴνη* famula ad Callichorum allatum humi deposuit. quem cum stellio momordisset, *ἡ Δημήτηρ ἀχθεσθεῖσα αὐτῷ* (stellioni) *ἐνεμέσησε καὶ ἀμυνομένη.*
20 Eleusine igitur, ut paulo supra[5] vidimus, secundum hymnum Homericum in templo residens Ceres finem facit errandi. secundum alios scriptores aut per Triptolemum et Eubulum Dysaulis filios[6] aut per Triptolemum Celeumque patrem[7] aut per Celeum solum[8] aut per Triptolemum Celei filium[9], quis

---

Gr. 39: *ἡ τοῦ ἐν Ἐλευσῖνι τεμένους καθίδρυσις.* cf. Hesych. s. v. *Ἐπικρήναια.* et Preller, Dem. p. 107 sq. [1]) *Hinc mystici sine dubio intellegebant institutam esse pannychida diebus festis Eleusiniis celebratam, de qua v. Ar. Ran. 326—462 et quae laudat Herm. Antiq. sacr. §. 31 n. 6. 7.* sic Baumeist. ad v. 292. diversam placandae deae causam v. supra p. 37, 32 sq. [2]) Hom. 303. cf. 319. 355. 385. [3]) Sic tres Scholiastae ad Nicand. Ther. 484 sq. (quorum auctoritatem sequitur Natal. V, 14 p. 518), ut hos Nicandri interpretentur versus: *Ἀσκαλάβου· τὸν μέν τ' ἐρέει φάτις οὕνεκ' Ἀχαιὴ Δημήτηρ ἔβλαψεν, ὅθ' ἄψεα σίνατο παιδὸς Καλλίχορον παρὰ φρεῖαρ κτλ.* cf. Foerster p. 81 sq. Cf. supra p. 38, 12 sq. [4]) ad Nicand. l. l. [5]) cf. supra p. 52, 6. [6]) Orph. ap. Paus. I, 14, (2) 3. Eubulus solus commemoratur in Orph. h. XLI (40), 6 sq. cf. Foerster p. 45 n. 1 et supra p. 42, 8. [7]) Schol. ad Aristid. Pan. 105, 11 (III p. 53 Ddf). Nonn. ad Greg. Naz. XXXIX, 2 (II p. 1066 Migne = Mai Spic. Rom. II, 382). Eudoc. p. 337 s. v. *Περσεφόνη.* nomina quamquam omittunt, aut utrumque aut alterutrum significare videntur Himer. or. II, 5 (*τοῖς τὴν πλάνην τῆς θεοῦ λύσασι*) et Isocr. Paneg. VI, 28 (*τῶν εὐεργεσιῶν ἃς οὐχ οἷόν τ' ἄλλοις ἢ τοῖς μεμυημένοις ἀκούειν*). [8]) Schol. ad Aristoph. Equ. 698. Myth. Vat. II, 96. [9]) Claud. I, 12 coll. III, 51 (cf. Foerster p. 94). Nonn. ad Greg. inv. I, 67 (II p. 1020 Migne = Westerm. *Μυθ.* App. 21 p. 367). Eudoc. s. v. *γεωργία* p. 96. s. v. *Τριπτόλεμος* p. 397. s. v. *Δημήτηρ* p. 109 sq. Tzetz. ad Hes. Opp. 32 p. 51 Gaisf. (ex Proclo). cf. Macedon. in Anthol. gr. XI, 59, 4 sq. (II p. 387 Jac.) et Foerster p. 74 n. 4 et p. 73.

Proserpinam rapuerit, certior facta[1] tunc demum filiam quaerere desistit[2]. (de remuneratione indicii cf. infra p. 60, 4 sq.) contra in Ovidi Fastis[3] Eleusine relicta omnes terras pervestigare pergit, quin etiam in caelo errat et stellas Parrhasides adit, quippe quae omnia nosse possint, cum nunquam aequoreas subeant aquas. cui interroganti Helice[4] respondet: '*Crimine nox vacua est, Solem de virgine rapta Consule, qui late facta diurna videt.*' Sol autem Plutonem raptorem indicat. in Metamorphosibus[5] vero, ubi hospitii Eleusiniorum mentio omnino non facta est, Ceres toto orbe peragrato tandem Siciliam repetit et ad Cyanen venit. *ea ni mutata fuisset*[6], *Omnia narrasset . . . Signa tamen manifesta dedit, notamque parenti . . . Persephones zonam summis ostendit in undis.* qua conspecta Cereris maeror augetur, sed *Nescit adhuc ubi sit: terras tamen increpat omnes Ingratasque vocat nec frugum munere dignas, Trinacriam ante alias, in qua vestigia damni Repperit.*

Itaque totam terram sterilitate opprimit[7]. cuius calamitatis alios aliam causam afferre iam supra[8] vidimus. in hymno Homerico[9] Eleusine procul a superis degens maerorique filiae indulgens, apud Euripidem[10] nullo indicio accepto tandem re desperata in Idae montis saltibus maximo cum dolore humi se proiciens, sterilitatem terrae immittit. Cretenses teste Diodoro[11] Cererem dictitabant *μετὰ τὴν ὑπὸ Πλούτωνος ἁρπαγὴν ἐμπρῆσαι πάντα τὸν καρπὸν διά τε τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς τὸν Δία καὶ τὴν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ λύπην*, Atheniensium autem idem[12] non integram videtur exprimere opinionem, cum dicat *τῶν καρπῶν διὰ τὴν ἀνομβρίαν προηφανισμένων ἡ τῆς Δήμητρος ἐγένετο παρουσία πρὸς αὐτούς*. in qua miseria depingenda multi sunt et hymni auctor et Euripides et Ovidius[13]: frustra boves aratra trahunt[14], Ceres *Fregit aratra manu*[15] *parilique irata colonos Ruricolasque boves leto dedit . . . avidaeque volucres Semina iacta legunt*[16], *οὐδέ τι γαῖα Σπέρμ' ἀνίει*[17] · *κρύπτεν γὰρ ἐϋστέφανος Δημήτηρ*[18], aut *primis segetes moriuntur in herbis Et modo sol nimius, nimius modo corripit imber, Sideraque ventique nocent*[16] herbaeque nocentes segetem strangulant[16], pascua her-

---

[1]) Alios raptoris indices v. *Additam.* 25. [2]) Himer. Schol. ad Aristoph. Tzetz. ll. ll. Nonn. ad Greg. XXXIX l. l. Eudoc. p. 109 sq. et p. 337. cf. Schol. ad Callim. in Cer. 7. fortasse hoc indicium diebus festis Eleusiniis repraesentatum significatur his verbis Asterii (hom. X p. 324 Migne): *οὐκ ἐκεῖ τὸ καταβάσιον τὸ σκοτεινὸν καὶ αἱ σεμναὶ τοῦ ἱεροφάντου πρὸς τὴν ἱέρειαν συντυχίαι μόνου πρὸς μόνην;* [3]) IV, 563 sq. cf. supra p. 51, 12. [4]) cf. Foerster p. 78: *Nur hat er (Callimachus) an Stelle der homerischen Hecate den astronomischen Neigungen der Poesie seines Zeitalters folgend die Helice gesetzt.* cf. supra p. 32, 22. [5]) V, 464 sq. et hoc usus auctore Bocat. VIII, 4 p. 202. [6]) cf. *Additam.* 6. [7]) Ov. Met. V, 477 sq. [8]) cf. p. 31, 25. 35, 5. 37, 34. 64, 12 et 37. [9]) 303 sq. cf. supra p. 52, 6. [10]) Hel. 1319 sq. [11]) V, 68. [12]) I, 29. [13]) cf. imagines in quibusGaea est ficta ad Cererem manum protendens: supra p. 7 n. 8. [14]) Hom. l. l. [15]) Ov. l. l. Boc. VIII, 4 p. 202. [16]) Ov. l. l. [17]) Hom. l. l. et 332. 452. 469. Eur. Hel. 1327 sq. Ov. l. l. [18]) Hom. 303 sq. 353. cf. 451 sq.

bis carent, fontes deficiunt[1]. (de Mintha mutata cf. supra p. 25, 16.) itaque et homines et animalia fame pesteque consumuntur[2], dii sacrificiis muneribusque privantur[3].

Tanto in discrimine Arethusa *Nympha Siciliae fontis, qui humo pressus ab Elide fluit*[4], terrae innocenti ut parcat Cereri supplicat[5] deaeque attonitae (etiamtum ignarae) a Dite raptam Proserpinam apud inferos a se visam esse indicat[6] hac usa consolatione: *Illa quidem tristis neque adhuc interrita vultu, Sed regina tamen, sed opaci maxima mundi, Sed tamen inferni pollens matrona tyranni*[7].

In hymno Homerico[8] Juppiter perterritus Cereris ultione Iridem mittit, quae in Olympum eam arcessat. cui imperio cum Ceres non obtemperet, Juppiter omnes deos allegat, qui *ἀμοιβηδὶς κίοντες Κίκλησκον καὶ πολλὰ δίδον περικαλλέα δῶρα*[9], neque tamen quidquam efficiunt. Ceres enim negat prius in Olympum se esse redituram frugesve detentas soluturam, quam filiam suis oculis conspexerit[10]. multo vero felicius apud Euripidem[11] res evenit: Juppiter Gratias et Musas cum Venere ad placandam deam iubet adire, quae choreis et cantu tibiarum sonituque tympanorum adeo eam delectant, ut maerore omnino deposito[12] renideat ipsaque tibia canere paret. filiae igitur recipiendae mater hic non amplius meminit. (de Parcis legatis v. supra p. 35, 8.)

Diversa via Ovidio duce (vel eo quem hic sequitur auctorem[13]) fabula tendit ad exitum: Ipsa Ceres curru[14] ad Jovem profecta misericordiam eius et auxilium implorat, ut filia *non digna praedone marito* sibi reddatur[15]. *Juppiter hanc lenit factumque excusat amore*, haud enim indignum esse generum Jovis fratrem Jovi dignitate parem[16]. primo igitur ei suadet, ut papavera comedat. quo facto in soporem soluta orbitatis obliviscitur. expergefacta autem cum denuo Jovi instet[17], is

---

[1]) Eur. l. l. [2]) Hom. 310. 351. Eur. l. l. supra p. 31, 26. 35, 5. 64, 14. [3]) Hom. 311. 353. Eur. l. l. [4]) [Lact.] Narr. fab. V, 8. copiosius Ov. M. V, 494 sq. 572 sq. Forbiger, Geogr. ant. III p. 787 n. 79. [5]) Ov. M. V, 487 sq. cf. supra p. 9, 12. [6]) Ov. M. V, 504 sq. Narr. l. l. Boc. VIII, 4 p. 202. XI, 6 p. 273. Natal. III, 16 p. 250. (Ibyc? cf. Foerster p. 66). hanc fortasse raptoris indicem significant Serv. ad Georg, I, 39. Lact. ad Stat. Theb. III, 511. Myth. Vat. I, 7. II, 100 *(tandem aliquando eam esse apud inferos comperit)*, qui scriptores hoc loco Ovidium auctorem sequi videntur. (Cf. *Additam.* 25. [7]) Ov. M. V, 506 sq. cf. *Additam.* 9. [8]) v. 314 sq. [9]) is qui sequitur versus (328) *Τιμάς θ', ἅς κεν ἕλοιο μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν* perperam hic videtur esse insertus. cf. Buecheler ad h. l. Flander de interpol. p 13. [10]) cf. v. 338. 349. [11]) Hel. 1339—1352. [12]) cf. *Additam.* 37. [13]) Callim. (Foerster p. 75 sq.) et Nicand. (F. p. 84 sq.) [14]) Ov. M. V, 511. [15]) copiose Ov. F. IV, 585 sq. M. l. l. brevius: Serv. et Prob. ad Georg. I, 39. Lact. ad Stat. Theb. III, 511. Narr. fab. V, 8. Schol. Bern. ad Lucan. VI, 740. Myth. Vat. I, 7. II, 100. Bocat. VIII, 4 p. 202. Natal. III, 16 p. 250. fortasse hae sunt *ἱκετηρία Διός*: Clem. Al. Pr. II p. 13, 26 Pott. = Euseb. Pr. ev. II, 3, 16, quamquam Arnob. V, 35 ad alteram fabulam eas refert. [16]) Ov. F. et M. ll. ll. Cf. *Additam.* 9. [17]) sic hoc loco

facere non potest quin precibus obsequatur. *Repetet Proserpina caelum*, inquit, *Lege tamen certa, si nullos contigit illic Ore cibos*[1]*: nam sic Parcarum foedere cautum est*[2].

Ex hymno Homerico, unde Ceres similem filiae recuperandae condicionem resciverit, non apparet. Juppiter enim[3], cum dea in Olympum redire recuset, Mercurium ad inferos mittit, qui Plutoni persuadeat, ut Proserpinam dimittat[4]. quo nuntio accepto dominus inferorum uxori etiamtum desiderio matris oppressae diisque infestae[5] ut ad matrem redeat permittit. tantum autem abest ut de iure suo matrimonii decedat, ut haud indignum se fore maritum praedicet, quippe qui ipsius frater sit Jovis[6], summisque honoribus coniugem suam ornatum iri polliceâtur. simul autem veritus ne dimissa semper apud matrem degere cupiat, secto in duas partes mali Punici grano unam partem ut comedat invitam clam Mercurio cogit Proserpinam[7] *(is ut ne a comedendo grano dehortetur insciam, quam illud vim habiturum sit)*. quo facto Mercurius cum Proserpina curru aureo duobus equis immortalibus iuncto avehitur longoque itinere per aera facto, in quo *οὐδὲ θάλασσα Οὔθ' ὕδωρ ποταμῶν οὔτ' ἄγκεα ποιήεντα Ἵππων ἀθανάτων οὔτ' ἄκριες ἔσχεθον ὁρμήν*, ad templum Eleusinium perveniunt, ubi summo cum gaudio filia a matre recipitur. sollicita deinde Ceres sciscitatur, num quid illa apud inferos gustaverit, quod si fecerit, fieri non posse ut omnino luci reddatur, sed futurum esse ut binas anni partes cum matre, singulas cum marito degat[8]. cui Proserpina enarrat, quomodo nuper a Plutone rapta et proxime grano dato obstricta sit. neque vero hac re nimium de gaudio reditus deminuitur. *Τῇσιν δ' ἐγγύθεν ἦλθ' Ἑκάτη λιπαροκρήδεμνος· Πολλὰ δ' ἄρ ἀμφαγάπησε κόρην Δημήτερος ἁγνήν. Ἐκ τοῦ οἱ πρόπολος καὶ ὀπάων ἔπλετ' ἄνασσα*[9].

Bocat. l. l. fortasse eidem tempori papavera gustata assignant Serv. et Schol. Bern. ad Georg. I, 78 (tempore non significato) et Myth. Vat. III, 7, 1 (*Ceres dum filiam quaerit* e. q. s.) Cf. *Additam.* 48. [1]) v. scriptores p. 54 n. 15 collectos excepto Clemente cum Eusebio. [2]) Ov. M. V, 532. cf. supra p. 9, 10. 35, 8. 58, 8. [3]) Hom. 334 sq. cf. supra p. 54, 15. [4]) Hoc mandatum exsequentem Mercurium videmus in imaginibus ap. Foersterum: §. 36, 12 p. 144. 27 p. 155 sq. §. 37, 28 p. 163. §. 39, 44 p. 194. 45 p. 196. (§. 41, 1 p. 213. 2 p. 215. 3 p. 216. 4 p. 217.) §. 42 p. 220. cf. §. 38, 39 p. 185. §. 39, 52 p. 201. [5]) Hom. 344 sq. 361 sq. cf. 370 sq. 411. [6]) cf. *Additam.* 9. [7]) Hom. 371 sq. 411 sq. (v. Frank. ad v. 372. cf. infra p. 56, 11). hanc ob causam malis Punicis et mystae Eleusinii abstinere iubebantur (Porphyr. de abst. IV, 16) et Arcades in sacrificiis uti vetabantur (Paus. VIII, 37, 7). cf. Artemidor. Oneirocr, 1, 73: *ῥοιαὶ δουλείας καὶ ὑποταγῆς εἰσι σημαντικαὶ διὰ τὸν ἐν Ἐλευσῖνι λόγον.* de malo Punico matrimonii symbolo cf. Preller, Dem. p. 116 et Myth.[2] I p. 621. in imaginibus quoque mala Punica occurrunt ap. Foerst. §. 40, 53 p. 203. §. 43, 1 p. 224. §. 46 p. 254, praecipue §. 44, 2 p. 234, ubi Plutoni iuvenis quidam malum Punicum porrigit. [8]) Eandem condicionem apud Apollodorum I, 5, 3 Juppiter Cereri concedit, et Orpheum quoque hac partitione usum esse verisimile est. cf. Foerster p. 46 c. n. 1. [9]) Hom. 438 sq. cf. Schol. ad. Theocr. II, 11: *Ἑκάτη Περσεφόνης*

post haec[1] Juppiter Rheam (Cereris matrem) allegat, quae Cererem revocet in Olympum. ὑπέδεκτο δὲ τιμὰς Δωσέμεν, ἅς κεν ἕλοιτο μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι. Νεῦσε δέ οἱ κούρην ἔτεος περιτελλομένοιο Τὴν τριτάτην μὲν μοῖραν ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα,
5 Τὰς δὲ δύω παρὰ μητρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισιν. repetit gratiam, ut desinat Jovi irasci frugesque denuo hominibus edat. cui voluntati Cererem obsequi infra videbimus.

Ad hanc narrationem proxime accedit Apollodorus[2], quamquam Mercurii legati nomen omittit: Διὸς δὲ Πλούτωνι τὴν
10 Κόρην ἀναπέμψαι κελεύσαντος ὁ Πλούτων, ἵνα μὴ πολὺν χρόνον παρὰ τῇ μητρὶ καταμείνῃ, ῥοιᾶς ἔδωκεν αὐτῇ φαγεῖν κόκκον, ἡ δὲ οὐ προειδομένη τὸ συμβησόμενον κατηνάλωσεν αὐτόν. in iis autem quae sequuntur narrandis alium auctorem sequitur[3], cum Ascalaphum[4] proditorem inducat Cereremque ipsam ad
15 inferos descendentem facere videatur[5]. Mercurius apud Ovidium[6] quoque *Tartara iussus adit sumptis caducifer alis, Speque redit citius visaque certa refert* (i. e. quae ipse viderat[7]). '*Rapta tribus*', *dixit*, '*solvit ieiunia granis Punica quae lento cortice poma tegunt*'. ceteri vero omnes scriptores Cererem ipsam ad
20 filiam reducendam ad inferos descendisse aut dilucidis verbis narrant[8] aut silentio ponunt[9]. (de Hecate legata v. infra p. 58, 18). apud Orpheum, priusquam ipsa iter paret, Corybantes sicut totum per orbem[10] ita ad inferos quoque mittere videtur ad filiam quaerendam, unde ad lucem non redeunt[11].
25 Sed ne ipsam quidem cum filia recepta reverti *fata sinunt, quoniam ieiunia virgo Solverat*[12] *et, cultis dum simplex errat in hortis*[13],

τροφός (cf. supra p. 8, 7 et 14). De Hecate cf. *Additam.* 5. [1]) Hom. 441—469. [2]) I, 5, 3. cf. p. 55 n. 8. [3]) Foerster p. 59. [4]) cf. supra p. 38, 21 et infra p. 57, 8. [5]) cf. infra p. 56, 20 c. n. 9. [6]) F. IV, 605 sq. [7]) cf. supra p. 55, 15, infra p. 57, 8. [8]) Orph. h. XLI (40), 5. Hyg. f. 251. Verg. Georg. I, 40. Ov. M. V, 533 *(At Cereri certum est educere natam).* [Lact.] Narr. fab. V, 8. ad Stat. Theb. III, 511. Serv. ad Georg. I, 38 (not. Lion.) Prob. ad Georg. I, 39. (Schol. Bern. ad Lucan. VI, 740 et Schol. ad VI, 742). Bocat. VIII, 4 p. 202. Natal. III, 16 p. 250. apud Clem. Al. Pr. II, 17 p. 14 (= Eus. Pr. ev. II, 3, 22) cum Foerstero p. 43 n. 4 legendum iudico τὰς ὗς τὰς Εὐβουλέως τὰς συγκαταποθείσας τοῖν θεοῖν (codd: ταῖν θεαῖν). Euhemeristae quid finxerint v. p. 58, 4. [9]) cf. Ascalaphum a Cerere mutatum p. 57, 13 et Cererem a filia repudiatam p. 57, 20 sq. [10]) Orph. h. XXXIX (38), 4: ἐρημόπλανον Κορύβαντα. cf. supra. p. 8, 22. [11]) Ὁμήρου ἐπιμερισμ. ap. Cramer. Anecd. Oxon. I p. 255. Etym. Gud. et M. s. v. Κορύβαντες· οἱ καταβάντες τὴν Κόρην ἀναγαγεῖν καὶ μὴ ἀναστρέψαντες. cf. Orph. h. XXXVIII, 2: Κούρητες οὐράνιοι χθόνιοί τε. Foerster p. 45 c. n. 4. [12]) Ov. M. V, 534 sq. [13]) Ov. l. l. quo auctore utitur Bocat. III, 13 p. 56 et VIII. 4 p. 202 *(ex viridario).* Prob. ad Verg. Georg. I, 39 *(in horto Ditis).* Serv. ad Aen. IV, 462 et Lact. ad Stat. Theb. III, 511 *(e pomario Ditis).* De hortis pratis floribus lucis infernis v. Od. κ, 509 sq. Aristoph. Ran. 156. Lycophr. 698 c. Schol. Claud. II, 287 sq. Aristodic. in Anthol. gr. VII, 189 Jac. et ap. Suid. s. v. Κλύμενος. Eudoc. s. v. Ἀχέρων p. 83. cf. imag. ap. Foerster. § 44, 8 p. 245.

(ut desiderium matris amitteret[1]*) Poeniceum curva decerpserat arbore pomum*[2] *Gluptaque callenti septem de cortice grana Presserat ore suo.* de numero autem granorum mali Punici magna inter scriptores est dissensio: apud Homerum enim[3] unum granum dimidiatum comedentem vidimus Proserpinam, alii unum granum[4] vel tria[5] septem[6] novem[7] grana eam comedisse produnt, alii numerum incertum relinquunt[8], alii *malum*[9] vel *mala*[10] eam sumpsisse narrant[11]. quod solus[12] vidit Ascalaphus, Acherontis et Orphnes[13] vel Acherontis et Gorgyrae[14] vel Stygis[15] filius. iudicio igitur facto[16], *cum in eo fuisset, ut matrem filia sequeretur*[17], *is ad indicium primus descendit*[18] Proserpinamque accusavit[19]. quare cum filiae ad superos remeare non liceret[20], secundum Apollodorum[14] Ascalapho Δημήτηρ ἐν Ἅιδου βαρεῖαν ἐπέθηκε πέτραν, quod saxum postea Hercules ab eo devolvit[21]. apud alios autem scriptores aut a Cerere[22] aut a Proserpina[23] capite *Phlegethontide lympha* sparso[24] Ascalaphus mutatur *Foedaque fit volucris, venturi nuntia luctus, Ignavus bubo, dirum mortalibus omen*[25]. neque vero desunt, qui illi cibo hanc vim tribuere videantur, quod efficiat, ut Proserpina desiderio matris amisso maritum adamet[26]. itaque *caelum matremque per-*

---

[1]) Schol. ad Lucan. VI, 740. [2]) Ov. l. l. fortasse haec est illa, quam Pluto virgini raptae promiserat, *arbor praedives . . . Fulgentes viridi ramos curvata metallo* (Claud. l. l.). [3]) cf. supra p. 55, 14. [4]) [Lact.] Narr. fab. V, 8. [5]) supra p. 56, 18. Prob. Lact. ad Theb. ll. ll. Bocat. III, 13 p. 56. VIII. 4 p. 202. XI, 6 p. 273. Natal. III, 16 p. 250. [6]) supra p. 57, 2. [7]) Natal. l. l. [8]) Serv. ad Georg. I, 39. Myth. Vat. I, 7. II, 100. Schol. Bern. ad Lucan. VI, 740. Lucan. ipse: *dapes.* [9]) Serv. ad Aen. IV, 462. [10]) Schol. ad Lucan. l. l. [11]) Simile aliquid in Orphico quoque carmine narratum fuisse probat Foerster p. 45. [12]) Ov. M. V, 538 sq. cf. supra p. 55, 15. 56, 17. [13]) Ov. Narr. fab. Prob. ll. ll. Bocat. III, 13 p. 56: *Acherontis et Ornae.* Serv. ad Aen. IV, 462: *Acherontis.* De Melanippide v. Foerster p. 50. [14]) Apollod. I, 5, 3. [15]) Serv. l. l. et ad Georg. I, 39. Myth. Vat. I, 7. II, 100. Schol. Bern. ad Lucan. l. l. [16]) Narr. fab. l. l. hoc *iudicium* ortum videtur ex Apollodori verbis καταμαρτυρήσαντος αὐτῆς Ἀσκαλάφου. cf. Foerster p. 289. [17]) Lact. ad Stat. Theb. III, 511. [18]) Narr. fab. l. l. [19]) Apollod. Ov. Narr. f. Serv. (ad Aen. et ad G.) Prob. Lact. ad Th. Myth. Vat. I et II. Schol. Bern. ad Lucan. Bocat. III et VIII. Natal. ll. ll. cf. Foerster p. 58 extr. et imaginem §. 37, 28 p. 161 sq. [20]) Ov. Schol. Bern. ad Lucan. Natal. ll. ll. Serv. ad G. I, 39. Myth. Vat. I. II. Narr. f. Prob. ll. ll. Bocat. III. VIII, XI ll. ll. cf. supra p. 55, 2. 55, 24. [21]) II, 5, 12, 6. cf. Foerster p. 55 n. 1: *Der später (§. 9) mitten in die Kerberosgeschichte eingeschobene Satz aber* Ἀσκάλαφον μὲν οὖν Δημήτηρ ἐποίησεν ὦτον *ist nichts als ein . . . Einschiebsel eines sciolus, welcher die der alexandrinischen Poesie entstammende Metamorphose des Askalaphos in den Text des Apollodor hineinbringen wollte.* [22]) Serv. ad Aen. Lact. ad Theb. ll. ll. Myth. Vat. II, 100. Bocat. III, 13 p. 56. nomen deae mutantis omittunt [Lact.] Narr. f. et Prob. ll. ll. cf. Foerster p. 86 n. 3. [23]) Ov. Schol. Bern. ad Lucan. ll. ll. [24]) Ov. l. l. [25]) de mutatione v. n. 22 et 23. de omine cf. Ov. Serv. ad Aen. Narr. f. ll. ll. Plin. H. N. X, 34. Sen. Herc. Fur. 691. Isidor. orig. XII, 7. cf. Foerster p. 59 c. n. 2. [26]) hinc Lucan. VI, 739 sq: *quae te Contineant, Hennaea, dapes, quo foedere maestum Regem noctis ames* (cf. Serv. ad Georg. I, 39), ubi Schol:

osa Persephone[1] *Sideribus tristes umbras et Tartara caelo Praeposuit Ditemque Jovi letumque saluti*[2] camposque Elysios amori matris[3], *nec accepta facultate*[4] *eam voluit sequi*[5]. hinc Euhemeristarum manavit narratio: *Rex Molossorum Proserpinam rapuit,*
5 *et Ceres hostia cum cantatoribus multis pulsavit nec veniebat ad eam filia prae loci amore*[6]. Lucanus[7] versa ratione a Cerere filiam talia *contagia passam* repudiatam esse memorat. quae res utcunque se habet, Ceres filia non recepta *licentia Parcarum* ab inferis redit[8]. tum aut *Jove*[9] aut *Proserpina*[10] *admo-*
10 *nente dicitur cibo papaveris orbitatis oblita*[11]. apud Ovidium[12] vero nuntio Mercurii accepto Ceres Jovi '*Nec nobis caelum est habitabile*', *dixit*, '*Taenaria recipi me quoque valle iube*', *Et factura fuit. At medius fratrisque sui maestaeque sororis Juppiter ex aequo volventem dividit annum*[13] sancitque, ut dimidium anni
15 Proserpina cum matre, dimidium cum marito degat[14]. *Tum demum vultumque Ceres animumque recepit*[15] *Imposuitque suae spicea serta comae*[16].

Illa de lege ut Plutonem certiorem faciat, Hecate, Jovis et Cereris altera filia, ad inferos mittitur[17], quo nuntio accepto
20 ille quamvis invitus[18] imperio obtemperat. Eleusine igitur Ceres Proserpinam recipit[19] *δι᾽ Ἐλευσῖνος ἀνερχομένην ἐξ Ἅιδου λευκόπωλον*[20], cui obviam eunt *Ὧραι Περσεφόνης συμπαίκτορες, εὖτέ ἑ Μοῖραι Καὶ Χάριτες κυκλίοισι χοροῖς πρὸς φῶς ἀνάγωσι,*

---

turpem rem circumlocutione supprimit. cf. Foerster p. 61. Cf. supra p. 57, 1.
[1]) Lucan. VI, 698 sq. cum Schol. ad 700: *superos contempsit et matrem Cererem.* [2]) Colum. X, 272 sq. [3]) Verg. Georg. I, 39 sq. Serv. ad h. l. Junil. ap. Schol. Bern. ad I, 38. [4]) Junil. l. l. ad I, 39. [5]) praeter scriptores n. 1—4 laudatos v. Verg. Aen. VI, 402. Prob. ad Georg. I, 39. Schol. ad Lucan. VI, 739. [6]) Serv. ad G. I, 38 (n. Lion.) cf. Foerster p. 61 c. n. 1. [7]) VI, 742 sq. [8]) Hyg. f. 251. [9]) Serv. ad G. I, 78 cod. R (Thilo Progr. Halle. 1866. p. 23). [10]) Serv. ad G. I, 78 not. Lion. [11]) cf. *Additam.* 37. de papavere cf. *Additam.* 48. hoc tempore factum apparet e Serv. ad Georg. I, 78 l. 1: *cum iam Proserpinam raptam a Plutone de inferno recipere non potuisset.* [12]) F. IV, 609 sq. cf. supra p. 56, 15. [13]) Ov. M. V, 564 sq. [14]) Hyg. f. 146. Ov. F. et M. ll. ll. [Lact.] Narr. fab. V, 8 (cf. V, 10) et ad Stat. Theb. VIII, 63. 64. Serv. et Prob. ad Georg. I, 39. Myth. Vat. I, 7. II, 100. III, 7, 2. Plut. de fac. in orbe lun. 27, 5. Bocat. VIII, 4 p. 202. XI, 6 p. 273. Natal. III, 16 p. 250. (Stat. Theb. VIII, 63 sq). cf. Adonidem ap. Eudoc. s. v. *Δημήτηρ* p. 111. cf. supra p. 55, 25. [15]) Ov. F. et M. ll. ll. [16]) Ov. F. l. l. [17]) Schol. ad Theocr. II, 12: *Τῇ Δήμητρι μιχθεὶς ὁ Ζεὺς τεκνοῖ Ἑκάτην, διαφέρουσαν ἰσχύϊ καὶ μεγέθει τῶν θεῶν. ἣν ὑπὸ γῆν πεμφθῆναι ὑπὸ πατρὸς πρὸς Περσεφόνης ἀναζήτησιν.* Natal. III, 15 p. 245: *Non defuerunt tamen, qui illam* (Hecaten) *natam e Jove et Cerere crediderunt, quae cum robore corporis et magnitudine excelleret, ad quaerendam Proserpinam missa est.* cf. infra p. 59, 6 sq. et Foerster p. 46. de Hecate v. *Additam.* 5. [18]) Stat. Theb. VIII, 63 sq: *iniustaeque ab Jove leges Protinus et sectum genitrix mihi computat annum.* [19]) Aristid. Eleus. 257 et 259 (I p. 416 et 422 Ddf.) Himer. II, 5. Schol. ad Aristoph. Equ. 698. v. not. prox. De Claudiano cf. Foerster p. 94. *Nata reperta:* Ov. Am. III, 10, 45. multi philosophi hunc reditum leviter perstringunt. cf. Foerster p. 25 sq. [20]) Eudoc. s. v. *Δημήτηρ* p. 110.

Ζηνὶ χαριζόμεναι καὶ μητέρι καρποδοτείρῃ[1]. adscendentem Proserpinam videmus in nummis[2], ubi cruribus tenus ex humo exstans ficta est. quibus nummis similis est gemma quaedam[3], qua Mercurius Proserpinae adscendenti manum porrigens exhibetur. copiosior est imago quaedam in vase picta[4]: Proserpinam adscendentem Mercurius sinistra adiuvat, Hecate[5] duabus facibus iis praelucet, Ceres filiam exspectat. copiosissime autem Orphica narratio imagine sarcophagi cuiusdam[6] exposita atque illustrata est: Bigas adscendentes Hecate duce regit Proserpina, ad quam salutandam *Attica* dea humi iacens dextram porrigit. excipiunt reversam Venus et Mercurius cum Horis duabus, ut ad matrem fratremque Jacchum eam adducant. ex his imaginibus apparet in Orphico carmine Mercurium et Hecaten Proserpinae reducendae adfuisse[7]. quem reditum diebus festis verno tempore maxima cum laetitia celebratum esse inter omnes constat[8].

Tunc demum, filia recepta, Ceres denuo *καρπὸν ἀνῆκεν ἀρουράων ἐριβώλων, Πᾶσα δὲ φύλλοισίν τε καὶ ἄνθεσιν εὐρεῖα χθὼν Ἔβρισεν*[9]. in hoc igitur antiquissimo fabulae genere, ubi Ceres sterilitatis auctor exsistit[10], agricultura ususque frumenti in rebus ante Proserpinae raptum iam pridem ad omnes populos pervulgatis posita sunt. Siculorum vero erat opinio in sua terra Cererem ultima antiquitate agriculturam invenisse seque primos iam tum hanc artem docuisse, multo autem postea, cum filiam diu quaesitam in Attica repperisset, cum Atheniensibus usum frumenti communicasse[11]. verum hanc opinionem cum alii multi populi velut Aegyptii et Cretenses[12] tum ipsi Athenienses acriter impugnabant, cum se primos omni-

---

Tzetz. ad Hes. Opp. 32 p. 52 Gaisf. Proserpina *λεύκιππος* vocatur a Pind. Ol. VI, 160 (cf. Eustath. ad Od. ζ, 265 p. 1562), ubi Schol. rec: *διότι λευκῷ ἅρματι ἐποχουμένη εὑρέθη ὑπὸ τῆς μητρός κτλ.* cf. supra p. 55, 18 et infra p. 66, 2. adscensum Syracusis factum esse, id quod Foersterus p. 64 suspicatur, e Pindari versibus non elucet. diebus festis Cereris calathum albi equi vehebant: Callim. h. in Cer. 121.
[1]) Orph. h. XLIII (42), 7 sq. cf. XXIX (28), 9: *Ὡρῶν συμπαίκτειρα* (*Περσεφόνη*). Foerster p. 46 c. n. 5. p. 100. et Annali dell' Inst. 1873 p. 82. [2]) Foerster §. 50 p. 262 sq. [3]) ibid. p. 263. [4]) ibid. §. 49 p. 259 sq. [5]) cf. ea quae de Catagusa s. de Hecate *Κοραγοῦσα* disseruit Foerster §. 25 p. 105. [6]) ibid. §. 51 p. 265 sq. [7]) ibid. p. 48. [8]) *Προχαριστήρια* v. Foerster p. 273 sq. (cf. p. 19 sq.) *στήνια* Phot. Lex. s. v. de Eleusiniis cf. Apul. Met. VI, 2. Euseb. Pr. ev. III, 13, 4. *Ludi Cereales:* Fest. s. v. *Graeca sacra* p. 97. M. cf. Preller, Myth.[2] p. 598 n. 2. [9]) Hom. 471 sq. cf. 453 sq. Ov. F. IV, 616 sq. [10]) cf. supra p. 53, 17. [11]) Cic. in Verr. IV, 48, 106. 49, 108. Diod. V, 2. 4. 69. Solin. V, 14. Lact. Inst. div. II, 4, 28. cf. Joann. Lyd. de mens. IV, 85. [Aristot.] Mir. ausc. 82 (83). hoc modo, nisi forte dormitat bonus Ovidius, explicandum videtur, qui fiat ut eadem Ceres, quae errabunda *arva colentem* (F. IV, 487) offendit, de Triptolemo vaticinatur (v. 559 sq.): *primus arabit Et seret et culta praemia tollet humo.* [12]) cf. Diod. I, 17

um hominum a Cerere agriculturam didicisse dicerent. sed haec alia quaestio: hoc loco videamus, quemadmodum in nostra fabula enarranda de agricultura inventa consentiant scriptores[1].

Gratiam ut referat aut pro hospitio a Triptolemi patre
5 Celeo[2] vel ab avo Raro[3] praebito aut pro indicio raptoris per Eubuleum et Triptolemum[4] vel per Celeum et Triptolemum[5] vel per Triptolemum solum[6] accepto aut pro utroque Celei beneficio[7], aut ut fratrem Triptolemi combustum munere insigni compenset[8], aut ut Triptolemo alumno suo aeternum tri-
10 buat honorem[9], Ceres hos Eleusinios agriculturam docet[10]. qua de re ubi agunt scriptores, plerique universe de genere

---

sq. V, 68 sq. longum enim est omnia testimonia coacervare. [1]) cf. Preller, Dem. p. 286 sq. [2]) Junil. ap. Schol. Bern. et Serv. ad Georg. I, 163. Myth. Vat. I, 8. Nonn. XIX, 80 sq. XLVII, 103 sq. Schol. ad Aristid. Pan. 105, 11 cod. D. (III p..53 Ddf.) cf. Schol. Bern. ad Verg. Georg. I, 19. Diod. V, 4. Isocr. Paneg. 6, 28 sq. Firmic. 7, 5. [3]) Suid. s. v. *Ῥαριάς*. Serv. ad Georg. I, 19: *propter humanitatem patris Icari* cf. supra p. 41, 15. [4]) Orph. ap. Paus. I, 14, (2) 3. [5]) Schol. ad Aristid. Pan. 105, 11. Nonn. ad Greg. XXXIX, 2 (II p. 1066 Migne). Eudoc. s. v. *Περσεφόνη* p. 336 cf. Himer. II, 5. [6]) Claud. III, 51 sq. coll. I, 12 et III, 22 sq. Nonn. ad Greg. inv. I, 67 (II p. 1020 M. = Westerm. *Μυθ.* p. 367). Eudoc. s. v. *γεωργία* p. 96, s. v. *Τριπτόλεμος* p. 397, s. v. *Δημήτηρ* p. 109. Tzetz. ad Hes. Opp. 32 p. 51 G. [7]) Schol. ad Aristoph. Equ. 698 (cf. ad 700). [8]) Apollod. I, 5, 2. cf. supra p. 51, 6. [9]) Ov. F. IV, 559. Hyg. f. 147. 277. P. A. II, 14. Serv. ad Georg. I, 19 (cf. ad I, 163). Myth. Vat. II, 97 (cf. I, 8). Lact. ad Stat. Theb. II, 382. XII, 628. Schol. ad Nic. Ther. 484 (et ap. Natal. V, 14 p. 516, ubi perperam Celeus alumnus). Bocat. VIII, 4 p. 202, quamquam apud auctorem eius Ovidium causam beneficii desideramus). [10]) *Rarum et Celeum et Triptolemum:* Schol. ad Aristid. Pan. 91, 4 (III p. 5 Ddf: *ὁ γὰρ μῦθος αὐτοὺς*, sc. *τοὺς Ἀθηναίους, πρώτους λέγει παρὰ θεῶν δεξαμένους τὰ σπέρματα δι᾽ Ἅιδου καὶ Κελεοῦ καὶ διὰ Τριπτολέμου τοῖς ἄλλοις μεταδοῦναι.* emendavit Ruhnken. ad h. in Cer. 450). *Celeum* solum: Junil. ap. Schol. Bern. ad Verg. Georg. I, 163. Schol. ad Aristoph. Equ. 698. *Celeum et Triptolemum:* Nonn. XIX, 80 sq. XXVII, 285. XLVII, 49 sq. 103. XIII, 190 sq. Eunap. Vit. Prohaer. p. 492 Boiss. Schol. ad Aristid. Pan. 105, 11 et cod. D. ad h. l. coll. 105, 12 p. 54. Serv. ad Georg. I, 163. Myth. Vat. I, 8. adde p. 62, 7 c. n. 3. cf. imag. ap. Foerster §. 37, 33 p. 172. *Eubuleum et Triptolemum:* Orph. ap. Paus. I, 14, (2) 3. cf. imag. ap. Foerster. §. 37, 35 p. 176. *Triptolemum* solum: Callim. h. in Cer. 20 sq. et Schol. ad 22. Schol. ad Nic. Ther. 484. Ov. F. IV, 559. Lact. ad Stat. Theb. XII, 628. Philarg. ad Verg. Georg. I, 165. adde p. 62, 7 c. n. 2. cf. Marm. Par. 12 (23) sq. ap. Müller, fr. hist. I p. 544. Paus. I, 14, 2 (coll. I, 38, 6). Lucian. de salt. 40. Clem. Al. Strom. I p. 381 Potter. Tatian. or. ad Gr. 39. Maxim. Tyr. XIII p. 133. Macedon. in Anthol. gr. XI, 59 (Vol. II p. 337 Jac.) Arsen. V, 9. X, 76 (C. Paroem. II p. 301, 60 c. c. n. Leutschii). Justin. II, 6. Myth. Vat. III, 7, 1. Nonnunquam breviter *Eleusinii* sive *Athenienses* significantur: Cic. in Verr. IV, 49, 108. Diod. I, 29. V, 69. Schol. ad Aristid. Pan. 105, 18 p. 55 (et isdem verbis ad 196). Arnob. V, 39. adde p. 62 n. 2. cf. Aristot. ap. Diog. Laert. V, 1, 11. Etym. Gud. et M. s. v. *Ἐλευσίς*. Minuc. Fel. 21, 2. Saepius commemoratur *κίστη* (velut. Clem. Al. Pr. II p. 18 P. = Eus. Pr. ev. II, 3, 35. Arnob. V, 26. adde imagines ap. Paus. VIII, 25, 7. 37, 4. Foerster p.

frumenti tunc primum hominibus donati loquuntur. qui autem diligentiae student, aut triticum[1] aut hordeum[2] aut utrumque[3] vocant aut legumina insuper addunt[4]. sane *non solum* (arandi et) *serendi rationem mortalibus tradidit Ceres, cum inutilis fore videretur illa scientia, nisi quo pacto frumentum caederetur et excuteretur et a paleis secerneretur et frangeretur didicissent ad panem conficiendum*[5]. eodem consilio aut Ceres Celeo *vasa de vimine facta, ut qualos corbes et cetera* monstravit[6], aut suo ingenio Celeus *propter usum serendi, quem a Cerere Triptolemus filius eius acceperat, excogitavit canistra cistas et his similia*[7]. Triptolemus autem ipse aratrum invenisse dicitur[8], id quod alii Osiridi vel Buzygi tribuunt[9]. quo facto Eleusinii *τὸ πεδίον τὸ Ῥάριον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρπούς*[10] *καὶ διὰ τοῦτο οὐλαῖς ἐξ αὐτοῦ χρῆσθαί σφισι καὶ ποιεῖσθαι πέμματα ἐς τὰς θυσίας καθέστηκεν. ἐνταῦθα ἅλως καλουμένη Τριπτολέμου καὶ βωμὸς δείκνυται*[11]. praeterea diebus festis Athenienses memoriam beneficii accepti servare studebant: *προηροσία γὰρ θυσία ἦν ἐπὶ τῇ πρώτῃ ἀρόσει τῆς γῆς γενομένη, ἣν Ἀθηναῖοι τότε ἔθυσαν, ὅτε παρὰ Δήμητρος τὸν σῖτον ἔλαβον. ἀγῶνας δὲ λέγει (ὁ Ἀριστείδης) τὰ Ἐλευσίνια εἰς τὴν Δήμητραν τελούμενα, ἐν οἷς ὁ νικῶν ἀστάχυας ἐλάμβανεν. εἰς ἀμοιβὴν γὰρ τοῦ σίτου τὴν ἑορτὴν ἐποίησαν*[12].

---

147. 151. 184) sive σιπύα Δημητριακή: Hesych. s. v. σίφνον. Poll. On. X, 162: σιπύα ἐξ ἧς Δημήτηρ προὐκόμιζε τὰς τροφάς. [1]) sic non unus Tatianus (or. ad Gr. 9), ut opinatur Osann. ad Cornut. 28 p. 341, sed item Apollod. I, 5, 2. Diod. V, 4. Himer. XXV, 3 (Phot. bibl. p. 374 a Bkk.) Arnob. V, 39. Euseb. Arm. N. 611 p. 287 Mai (Philoch. fr. 28 Müller fr. hist. I p. 388. cf. Aristot. ap. Diog. Laert. V, 1, 11. Firm. 7, 5. [2]) Cornut. 28. Eudoc. s. v. Δημήτηρ p. 111. [3]) σῖτον καὶ κριθήν: Nonn. ad Greg. inv. I, 67 (v. p. 60 n. 6). Eudoc. s. v. γεωργία p. 96 et s. v. Τριπτόλεμος p. 397. cf. Plat. Menex. p. 237 extr. [4]) τὰ σπέρματα, οἷον σῖτον κριθὴν καὶ ὄσπριον . . . πάντας τοὺς σπερματικοὺς καρπούς: Nonn. ad Greg. XXXIX, 2 (v. p. 60 n. 5). Eudoc. s. v. Περσεφόνη p. 336. [5]) Natal. V, 14 p. 519 teste citato Callimacho (h. in Cer. 20 sq.) Schol. ad Theocr. VII, 155. longum est omnia testimonia coacervare. proverbium erat Ἢν μὴ καθάρῃς κάλεσῃς, οὐ μὴ φάγῃς · ἐπὶ τῶν σὺν μόχθῳ τὴν ἀναγκαίαν πορίζομένων τροφήν · εἶπε δὲ Δήμητρα πρὸς Τριπτόλεμον: Diogenian. V, 17 (Corp. Paroem. I p. 254). Apostol. VIII, 58 coll. 56 et Arsen. XXVIII, 77 (C. P. II p. 447). [6]) Serv. ad Georg. I, 165. cf. Verg. h. l: *Virgea praeterea Celei vilisque supellex* et Schol. Bern. ad. h. l. [7]) Philarg. ad Georg. I, 165. [8]) Serv. Prob. Schol. Bern. ad Verg. Georg. I, 19 (cf. Verg. ips.) Serv. et Schol. Bern. ad G. I. 147. Myth. Vat. III, 7, 1. Arnob. I, 38. [9]) de Osiride v. ibid. de Buzyge v. Preller, Dem. p. 289 sq. [10]) Paus. I, 38, 6. Natal. V, 14 p. 519. Marm. Par. 13 (24) Müller fr. hist. I p. 544. cf. Hom. 453 sq. Steph. Byz. s. v. Ῥάριον · πεδίον ἐν Ἐλευσῖνι. Ῥαριάς · ἡ Δημήτηρ. primas fruges a Triptolemo Eleusine satas esse per se liquet. cf. supra p. 51 n. 9. [11]) Paus. l. l. [12]) Schol. ad Aristid. Pan. 105, 18 (III p. 55 Ddf.) cf. Foerster p. 22 sq.

ceterum Triptolemus, *cum sevisset et sus, quod severat, effodisset, suem comprehendit et duxit ad aram Cereris et frugibus super caput eius positis eidem Cereri immolavit. inde primum inventum est super hostias molam salsam imponere*[1].

5 Verum non Athenienses solos Ceres illis frugibus beatos esse voluit, sed* ut omnes nationes huius beneficii participes fierent, suo curru Triptolemum aut solum[2] aut cum Celeo patre[3] per totum orbem circumvehi *partimque rudi data semina iussit Spargere humo, partim post tempora longa recultae*[4]. itaque 10 Triptolemus primam in Peloponnesum profectus[5] prima in urbe Aroa, cui postea nomen erat *Πάτραι*, aravit sementemque fecit[6]. ab eo igitur Eumelus *αὐτόχθων τόν τε καρπὸν λαμβάνει τὸν ἥμερον καὶ οἰκίσαι διδαχθεὶς πόλιν Ἀρόαν ὠνόμασεν ἐπὶ τῇ ἐργασίᾳ τῆς γῆς. ὡς δὲ πρὸς ὕπνον ἐτρέπετο ὁ Τριπτόλεμος,* 15 *ἐνταῦθα Ἀνθείαν παῖδα Εὐμήλου τοὺς δράκοντάς φασιν ὑπὸ τοῦ Τριπτολέμου τὸ ἅρμα ζεύξαντα ἐθελῆσαι καὶ αὐτὸν σπεῖραι. καὶ τὸν μὲν ἐπιλαμβάνει τὸ χρεὼν ἐκπεσόντα τοῦ ἅρματος, Τριπτόλεμος δὲ καὶ Εὔμηλος Ἄνθειαν πόλιν οἰκίζουσιν ἐν κοινῷ τοῦ Εὐμήλου παιδὸς ἐπώνυμον*[7]. item Arcas frumentum a 20 Triptolemo acceptum popularibus suis tradidit[8], quam ob causam *Ἀρκάδια* instituta sunt. *ταύτην γὰρ τὴν θυσίαν συνε-*

---

[1]) Hyg. f. 277. adde: *porca quae obest frugibus, Cereri immolatur*: Serv. ad Aen. III, 118. Serv. et Schol. Bern. ad Georg. II, 380. Myth. Vat. II, 61. III, 6, 26. Schol. ad Aristoph. Acharn. 44. de his hostiis v. praeterea Varro R. R. III, 1, 5. Ov. F. IV, 414. Cornut. 28. Schol. ad Aristoph. Ach. 747. 764. ad Pac. 374. Eudoc. s. v. *Δημήτηρ* p. 112. O. Müller, Eleusinien §. 33. cf. supra p. 21, 24. 30, 17. [2]) Soph. Tript. fr. 536 sq. Nauck. et ap. Dion. Hal. Ant. I, 12. Plat. Leg. VI p. 782 B. Apollod. I, 5, 2. Arrian. Epictet. diss. I, 4, 30. Himer. XXV, 3 (Phot. bibl. p. 374 a. Bkk.) Cornut. 28. Diod. V, 68. Amm. Marc. XXII, 2, 3. Flor. in Mus. Rhen. N. F. I p. 305 (Vergil. orat. an poet. ed. Halm. p. 107, 25). Nonn. XIII, 190 sq. XIX, 80 sq. Claud. III, 51 sq. coll. I, 12. Prob. et Schol. Bern. ad Verg. Georg. I, 19. Serv. ad Georg. I, 163. Myth. Vat. I, 8. II, 97. Greg. Naz. V, 31 (I p. 704 Migne) et XXXIX, 4 (II p. 337 M.) Schol. ad Aristid. Pan. 105, 11 (p. 53) et 105, 12 cod. D. (p. 54 Ddf.) Suid. s. v. *Ῥαριάς*. Eudoc. s. v. *Δημήτηρ* p. 109. 111. Tzetz. ad Hes. Opp. 32 p. 51 G. Natal. V, 14 p. 516. adde p. 62, 10 sq. cf. imagg. ap. Foerst. §. 36, 17 p. 151. §. 51 p. 266. ab *Atheniensibus* Triptolemum missum significant Aristid. Pan. I p. 167 Ddf. et Schol. ad 91, 4 (p 5 D.), Athenienses ipsos beneficos: Plat. Menex. p. 237 extr. sq. Isocr. Paneg. 6, 28 sq. Demetr. Phalereus ap. Rutil. Lup. II, 16. Aristid. Pan. p. 150. 319. Eleus. p. 416 sq. Ddf. Himer. II, 5. Diod. V, 4. XIII, 26. Agatharch. de mar. rubr. p. 19 Huds. Justin. II, 6. cf. Preller, Dem. 295 sq. [3]) Schol. ad Aristid. Pan. 91, 4 (III p. 3 Ddf). Nonn. ad Greg. inv. I, 67 (II p. 1020 M. = Westerm. *Μυθ.* p. 367) et I, 68 et ad Greg. XXXIX, 2 (II p. 1066). Eudoc. s. v. *γεωργία* p. 96, *Περσεφόνη* p. 336, *Τριπτόλεμος* p. 397. Celeum solum commemorat Schol. ad Aristoph. Equ. 698. [4]) Ov. M. V, 646 sq. [5]) Xen. Hell. VI, 3, 6. [6]) Epigramm. vet. ap. Etym. M. s. v. *Ἀρόη*. cf. infra p. 64, 31. [7]) Paus. VII, 18, 2 sq. et Natal. V, 14 p. 516 testes proferens Pausaniam et Euanthem *in historiis fabulosis*. ceterum perperam Natalis: *Eumelum accepisse frugum sationem a Triptolemo a c P a t r a s d e t u l i s s e*, quasi ipse Triptolemus non adfuisset. [8]) Paus. VIII, 4, 1.

στήσαντο τῇ Δήμητρι μετὰ τὸν πρῶτον σπόρον, ὅτι αὐτῆς ἐκ τῆς γῆς ἔμολεν ὁ καρπὸς εἰς τροφὴν καὶ σπόρον, καὶ οὕτω τὰ Ἀρκάδια τιμῆς χάριν[1]. In Scythiam[2] ubi venit, a Lynco[3] rege hospitio susceptus est[4]. qui cum Triptolemi munus cognovisset[5], *invidia honoris*[5] *volens id, quod hospes attulerat, fuisse suum monstrare*[6], *ut in se tanta gloria migraret*[7], dormientem[8] aggressus est[2]. tum sive extemplo *conantem figere pectus*[9], sive postquam Triptolemus *periculo cognito stricto gladio Lyncum persequi coepit*[10], *irata Ceres eum convertit in lyncem*[2] *feram varii coloris, ut ipse variae mentis exstiterat*[11], *rursusque per aera iussit Mopsopium iuvenem sacros agitare iugales*[12]. similis est haec fabula: Triptolemus, *cum pervenisset ad (Carnabonta*[13]*) Getarum regem, ab eo primum hospitaliter acceptus deinde, non ut beneficus advena et innocens, sed ut crudelissimus hostis insidiis captus, aliorum paratus producere suam paene perdidit vitam. Carnabontis enim iussu, cum draco unus eorum esset interfectus, ne, cum Triptolemus sensisset insidias sibi parari, curru praesidium sibi constituere speraret, Ceres eo venisse et ereptum adulescenti currum dracone altero subiecto reddidisse, regem pro coepto maleficio poena non mediocri affecisse narratur. Hegesianax enim dicit Cererem memoriae hominum causa ita Carnabonta sideribus figurasse manibus tenentem draconem, ut interficere existimetur: qui ita vixerat acerbe, ut iucundissimam sibi conscisceret mortem*[14]. Triptolemum vero his periculis perfunctum, *postquam domum rediit, cum Cephalus* (*Celeus* v. supra p. 41, 9) *rex interficere voluisset, re cognita iussu Cereris Triptolemo regnum tradidit, qui accepto regno oppidum constituit et ex patris nomine Eleusinem nominavit Cererique sacra primus instituit, quae θεσμοφόρια graece dicuntur*[15]. hic igitur Celeus Triptolemi aemulus exsistit[16], diversus is quidem ab illo Celeo Triptolemi patre, de quo mortuo Nonnus[17]: *Καὶ Κελεοῦ φθιμένοιο νεοδμήτῳ*

---

1) Apollod. ap. Steph. Byz. s. v. *Ἀρκάς* (fr. 8 Müller, fr. hist. I p. 429). 2) Ov. M. V, 649 sq. (et ap. Bocat. VIII, 4 p. 202). Serv. ad Aen. I, 323). Myth. Vat. I, 10 (confuso Lynco cum Lyciis, cf. supra p. 35 n. 9). I, 31. II, 98. [Lact.] Narr. fab. V, 11. errori igitur librarii tribuenda est lectio *Siciliae* ap. Hyg. f. 259 et Lact. ad Stat. Theb. IV, 658. 3) perperam scriptum ap. Myth. Vat. II et ap. Lact. ad Theb: *Lycum*, ap. Boc: *Lynceo*. 4) Ov. Hyg. Serv. Lact. ad Theb. Narr. ll. ll. Myth. Vat. I, 31. II, 98. 5) Ov. Narr. ll. ll. 6) Ov. Lact. ad Theb. Myth. Vat. II ll. ll. 7) Hyg. Serv. Myth. Vat. I ll. ll. 8) Ov. Narr. ll. ll. cf. *insidiis:* Lact. ad Theb. Myth. Vat. II ll. ll. 9) Ov. l. l. cf. Narr. l. l. 10) Lact. ad Theb. Myth. V. II ll. ll. 11) Hyg. Serv. Lact. ad Theb. Myth. Vat. I. II ll. ll. 12) Ov. l. l. 13) cf. Soph. Tript. fr. 543 Nauck (ex Herod. *π. μον. λεξ.* p. 9, 30): *Χαρναβῶντος*. cf. Lobeck, Agl. p. 215 n. r: *Carnabantem Triopae Perrhaeborum regis filium Zeliae conditorem commemorat Eustath. p. 448, 2 (ad Il. Δ, 87). Carcabus vocatur in Schol. Vict. Δ, 88.* 14) Hyg. Poet. Astr. II, 14. 15) sic. Serv. ad Georg. I, 19 et paucis verbis sive omissis sive variatis Hyg. f. 147. Lact. ad Stat. Theb. II, 382. Myth. Vat. II, 99. Bocat. VIII, 4 p. 202. 16) Lact. M. Vat. Boc. ll. ll. 17) XIX, 85 sq.

παρὰ τύμβῳ Ὄμμασιν ἀκλαύτοισι θαλυσιὰς ἔστενε Δηώ, Ἀλλὰ παρηγορέουσα πάλιν θελξίφρονι μύθῳ Τριπτολέμου βαρὺ πένθος ἀπέσβεσε καὶ Μετανείρης[1].

Quibus de inventa agricultura fabulis expositis non alienum videtur ostendere, quemadmodum nonnulli scriptores aut diversae fabulae ut inter se quasi coalescerent efficere aut quid in iis inesset veri enucleare studuerint. ac Aegyptiis quidem persuasum erat Triptolemum inter socios Osiridis fuisse[2] et ab eo, ut agriculturae praeesset, in Attica relictum esse[3]. alii vero Triptolemo remoto τὸν Ἐρεχθέα λέγουσι τὸ γένος Αἰγύπτιον ὄντα βασιλεῦσαι τῶν Ἀθηνῶν, τοιαύτας τινὰς φέροντες ἀποδείξεις. γενομένων γὰρ ὁμολογουμένως αὐχμῶν μεγάλων κατὰ πᾶσαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην πλὴν Αἰγύπτου . . . καὶ φθορᾶς ἐπιγενομένης τῶν τε καρπῶν καὶ πλήθους ἀνθρώπων, ἐξ Αἰγύπτου τὸν Ἐρεχθέα κομίσαι διὰ τὴν συγγένειαν σίτου πλῆθος εἰς τὰς Ἀθήνας. ἀνθ' ὧν τοὺς εὖ παθόντας βασιλέα καταστῆσαι τὸν εὐεργέτην. τοῦτον δὲ παραλαβόντα τὴν ἡγεμονίαν καταδεῖξαι τὰς τελετὰς τῆς Δήμητρος ἐν Ἐλευσῖνι καὶ τὰ μυστήρια ποιῆσαι . . . καὶ τῆς θεοῦ δὲ παρουσίαν εἰς τὴν Ἀττικὴν γεγονυῖαν κατὰ τούτους τοὺς χρόνους παραδεδόσθαι κατὰ λόγον, ὡς ἂν τῶν ἐπωνύμων ταύτης καρπῶν τότε κομισθέντων εἰς τὰς Ἀθήνας κτλ[4]. non minus Argivi cum Atheniensibus de frugibus primum satis contendebant, quas Argum e Libya in suam terram advexisse credebant[5]. unde immixta fabula Attica haec orta est narratio: Μήπω τῶν γεωργικῶν ἐπιγνωσθέντων περὶ τὴν Σικελίαν ἢ τὴν Λιβύην σῖτος αὐτοματίζων ἐγίνετο καὶ πάλιν ἐφθείρετο, μηδενὸς τοῦτον ἐπιγινώσκοντος. Κέκροψ δὲ ἤ τις ἕτερος Ἄργον εἰς Λιβύην καὶ Σικελίαν μεταπεμψάμενος, οὐκ οἶδα παρὰ τίνος μαθών, ἐκέλευσε συναγαγεῖν σῖτον ἐκ τοῦ ἐκεῖ φυομένου καὶ εἰς Ἑλλάδα μετακομίσαι. οὗ δὴ γεγονότος Τριπτόλεμος πρῶτος ἀρόσας καὶ σπείρας ἢ ἐν Ἀρόῃ χωρίῳ ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρόσεως, ὃ νῦν Νέαι Πάτραι καλοῦνται, ἢ κατὰ τοὺς πλείστους ἐν Ἐλευσῖνι τῆς Ἀττικῆς, γεωργεῖ καὶ συγκομίζεται τοὺς καρπούς. εἶτα δὲ συγγραψάμενος περὶ γεωργίας τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις δέδωκε κτλ[6]. Philochorus autem, ut testatur Bocatius[7], Triptolemum finxit *vetustissimum fuisse regem apud Atticam regionem*[8], *qui cum tempore ingentis penuriae occiso a concursu patre Eleusio,*

[1]) cf. Preller, Dem. p. 309 n. 70: *Die Todesfeier des Keleos fällt mit dem ersten Erntefeste zusammen. Vielleicht war er während der Abwesenheit des Triptolemus gestorben, und jene Thalysien bezeichnen zugleich den Regierungsantritt des Fürsten der Äcker und Ackergesetze.* [2]) Diod. I, 18. [3]) ib. I, 20. [4]) ib. I, 29. [5]) Schol. ad Aristid. Pan. 118, 12 (III p. 321 Ddf.) cf. Fest. s. v. *Libycus campus* p. 121 M. [6]) Eudoc. s. v. Δημήτηρ p. 109 et isdem fere verbis Tzetz. ad Hes. Opp. 32 p. 51 sq. similiter Natal. V, 14 p. 520. [7]) VIII, 4 p. 203. [8]) Non recte Bocatium sententiam Philochori exprimere apparet ex Euseb. Chron. I p. 30 et Chron. καν. p. 116 Scal. Thes. Temp. et Syncell. p. 158 D (Philoch. fr. 25 Lenz et Sieb. fr. 28 Müller fr. hist. I p. 388): Κελεὸς ἐβασίλευσε, καθ' ὃν ἦν Τριπτόλεμος. cf. Foerster p. 60 c. n. 3.

quia pereunte fame plebe filium aluisset abunde, aufugit et longa navi, cuius serpens erat insigne, abiit ad exteras regiones. et quaesita frumenti copia in patriam rediit, ex qua pulso Celeo, qui terram occupaverat, seu secundum alios Lynceo Thrace in regnum paternum restitutus est et non solum restitutus alimenta tribuit subditis, sed illos docuit facto aratro terram colere, ex quo Cereris alumnus est dictus. quo addendum est Triptolemum *μακρῷ πλοίῳ προσβαλόντα ταῖς πόλεσι τὸν σῖτον διαδοῦναι. ὑπονοεῖσθαι δὲ πτερωτὸν ὄφιν εἶναι τὴν ναῦν, ἔχειν δέ τι καὶ τοῦ σχήματος*[1], quae navis *διὰ τοῦτο ἐνομίσθη ὑπόπτερος, ἐπειδὴ ἐξ οὐρίας ἐφέρετο . . . ἅρμα γὰρ δρακόντων φασὶν, ὅτι τῷ πλοίῳ ὄνομα ἅρμα. πτερωτὸν δὲ εἶναι τῶν δρακόντων τὸ ἅρμα, διὰ τὰ ἅρμενα* (sic!), *ἐπεὶ καὶ Ἡσίοδός φησι πτερὰ νεὼς τὰ ἅρμενα*[2]. restat id quod Firmicus[3] narrat: Ceres, illa mulier Hennensis, in Attica *hospitio recepta incolis incognitum adhuc triticum dividit . . . sic quod ipsa dispensato quod attulerat frumento colligendarum frugum tradiderat disciplinam, post mortem ob beneficium, quod ex frugum copia nascebatur, et sepulta in loco est pariter et consecrata et divino cum filia appellata nomine.*

Agricultura monstrata leges quoque Cererem docuisse permulti commemorant, sed hoc nos, ne longi simus, relinquamus. aliud autem deae beneficium auctor hymni Homerici celebrandum sibi proposuit: Ceres, ut antea promiserat, *θεμιστοπόλοις βασιλεῦσι Δεῖξε, Τριπτολέμῳ τε Διοκλεῖ τε πληξίππῳ Εὐμόλπου τε βίῃ Κελεῷ θ' ἡγήτορι λαῶν Δρησμοσύνην ἱερῶν καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσιν*[4]. alii poetae alios antistites primos vocasse videntur, ut apparet ex hoc fragmento incerti auctoris[5]: *Εὔμολπος Δόλιχός τε καὶ Ἱπποθόων μεγάθυμος*, quo sacerdotes Cereris enumerari haud iniuria arbitratur Prellerus[6]. Eumolpus Celei filiabus initia tradita esse cecinit[7], quam ob causam bello Eleusiniorum confecto hoc Athenienses concessisse dicuntur *ὡς Ἐλευσινίους ἐς τὰ ἄλλα Ἀθηναίων κατηκόους ὄντας ἰδίᾳ τελεῖν τὴν τελετήν. τὰ δὲ ἱερὰ τοῖν θεοῖν Εὔμολπος καὶ αἱ θυγατέρες δρῶσιν αἱ Κελεοῦ*[8]. Celeum ipsum cum Triptolemo filio praeter fruges hoc quoque praemium indicii a Cerere accepisse dicunt, quod *τὰ μυστήρια ἐτέλεσεν αὐτοῖς καὶ ἔδειξε πῶς δεῖ τελεῖν καὶ τελεῖσθαι*[9].

---

[1]) Eus. l. l. Joann. Antioch. ap. Müller fr. hist. IV p. 538. [2]) Philoch. ap. Schol. ad Aristid. Pan. 105, 12 (III p. 54 Ddf.) [3]) 7, 5 sq. [4]) Hom. 473 sq. cf. Paus. II, 14, (2) 3. supra p. 51, 20. [5]) ap. Her. *π. μον. λεξ.* p. 10. [6]) Dem. p. 287 n. 14. de Musaei carmine Lycomidis facto cf. ib. p. 106 c. n. 69. [7]) Suid. s. v. *Εὔμολπος· οὗτος ἔγραψε τελετὰς Δήμητρος καὶ τὴν εἰς Κελεὸν ἄφιξιν καὶ τὴν τῶν μυστηρίων παράδοσιν τὴν ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ γενομένην*, quae verba errore omissis *καὶ τὴν εἰς Κελεὸν ἄφιξιν* repetit Eudocia s. v. *Εὔμολπος* p. 167. de Eumolpi carmine cf. Paus. X, 5, 3. de Eumolpo mysteriorum praeceptore cf. Schol. ad Soph. Oed. Col. 1053 (1049 Reis.) [8]) Paus. I, 38. 3. cf. supra p. 51, 17 c. n. 8. [9]) Nonn.

Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάνθ᾽ ὑπεθήκατο δῖα θεάων, Βάν ῥ᾽ ἴμεν Οὔλυμπόνδε θεῶν μεθ᾽ ὁμήγυριν ἄλλων[1], vel *λευκοπώλῳ ἅρματι* eo sunt vectae[2]. *Ἔνθα δὲ ναιετάουσι παραὶ Διὶ τερπικεραύνῳ Σεμναὶ αἰδοῖαί τε· μέγ᾽ ὄλβιος ὅν τιν᾽ ἐκεῖναι Προ-*
5 *φρονέως φίλωνται ἐπιχθονίων ἀνθρώπων. Αἶψά τέ οἱ πέμπουσιν ἐφέστιον ἐς μέγα δῶμα Πλοῦτον, ὃς ἀνθρώποις ἄφενος θνητοῖσι δίδωσιν*[3].

---

ad Greg. XXXIX, 2 (II p. 1066 Migne). Eudoc. s. v. *Περσεφόνη* p. 337 (cf. Schol. Bern. ad Verg. Georg. I, 165. Xen. Hell. VI, 3, 6. Nonn. XIII, 189. Isocr. Pan. 6, 28. Himer. II, 5. Nonn. ad Greg. inv. I, 68. Aristid. Eleus. p. 416 Ddf). De mysteriis a Jasione pervulgatis cf. Arr. ap. Eustath. ad Od. ε, 125 p. 1528 et ap. Eudoc. p. 233 s. v. *Ἰασίων*. De Trisaule cf. supra p. 36, 6, de Cabarnis p. 37, 10, de Cabiris p. 37, 25, de Dysaule p. 42, 1, de Erechtheo p. 64, 17. de doctrina secreta Melissae male commissa cf. Serv. ad Aen. I, 430. [1]) Hom. 483 sq. [2]) Schol. rec. ad Pind. Ol. VI, 156, vet. ad 160. cf. supra p. 58, 22. [3]) Hom. 485 sq. cf. Schol. ad Pind. l. l. de Pluto cf. supra p. 4, 10.

ADDITAMENTA.)*

1.) cf. p. 34, 15 sq. 2.) cf. p. 43, 1. 3.) cf. p. 21, 24. 42, 6 sq. 52, 22. 4.) de Jaccho cf. p. 4, 12 et 18. 28, 24. 48, 16. 59, 12. 5.) de Hecate cf. p. 4, 13. 16, 1. 32, 22. 55, 29 c. n. 9 *(nutrix)*. 58, 18. 59, 6 et 9. 6.) de Cyane cf. p. 6, 33. 10 n. 16. 14, 4. 22, 8 sq. 26, 18. 53, 11. 7.) cf. p. 8, 6. 26, 12. 29, 5. 51, 11. 62, 7. 8.) de Electra cf. p. 8, 14. 10, 17 et n. 16. 14 n. 4. 26, 14. 9.) de regno inferno praedicato cf. p. 16, 16. 32, 28. 54, 8 et 28. 55, 11. 10.) de Sirenibus cf. p. 8, 15. 9 5. 10, 22. 26, 19 sq. 11.) cf. p. 54, 4 sq. 12.) cf. p. 19, 13. 13.) cf. p. 21, 12 sq. 55, 18. 14.) cf. p. 7 n. 8. 21, 2. 15.) cf. p. 57, 8 sq. 16.) cf. p. 56, 26 c. n. 13. 17.) cf. p. 37, 37. 44, 12. 18.) cf. p. 55, 19. 19.) cf. p. 52, 22. 20.) de porcis cf. p. 21, 24. (22 n. 1). 30, 17. 62, 1. 21.) cf. p. 53, 13. 22.) cf. p. 20 n. 9. 36, 20. 23.) cf. p. 36, 12. 24.) cf. p. 36, 1. 25.) de indicibus raptoris cf. p. 23, 7 sq. (26, 16). 32, 22 et 25. 36, 9 et 17 et 22. 37, 3 et 8. 52, 22 sq. 53, 8 et 12. 54, 6. 26.) cf. p. 54, 8. 55, 8. 57, 1 et 15. 27.) cf. p. 57, 19. 28.) cf. p. 35, 10. 29.) de Cereris ieiunio cf. p. 27, 12 c. n. 12. 38, 10. 45, 17 sq. 46, 13. 47, 14. 49, 2 sq. 30.) cf. p. 54, 25. 31.) cf. p. 37, 30. 56, 22. 32.) cf. p. 41, 14. 33.) cf. p. 43, 7. 45, 23. 34) cf. p. 53, 3 sq. 35) cf. p. 50, 10. 36.) cf. p. 53, 17 c. n. 8. 37.) de oblivione doloris cf. p. 35, 8. 45, 20. 48, 23. 54, 20. 58, 7 et 10. 38.) cf. p. 63, 3. 39.) cf. p. 36, 28. 46 n. 2. 40.) cf. p. 61, 3. 41.) cf. p. 49, 10. 42.) cf. p. 52, 10. 43.) cf. p. 62 n. 2. 44.) cf. p. (41, 17 sq.) 51 n. 9. 61, 13. 45.) cf. p. 63, 25. 46). cf. p. 51, 19 c. n. 9. 47.) cf. p. 65, 31 sq. 48.) de papavere cf. p. 45, 16 sq. 54, 30. 58, 10. 49.) cf. p. 64, 34 sq.

---

*) Haec additamenta, quae singulis adnotationibus oportebat adiungi, hoc loco colligere eo cogebar, quod, cum singulas plagulas ab operarum mendis liberandas curarem, aliter fieri non potuit, ut locos aliquos earum quae sequebantur paginarum significarem conferendos. itaque veniam morae volo petitam ab iis, qui illos locos erunt quaesituri.







